



# **Testimonium Academiae Ultrajectinae, et narratio historica qua defensae, qua exterminatae novae philosophiae**

<https://hdl.handle.net/1874/21532>

TESTIMONIUM  
ACADEMIÆ  
ULTRAIECTINÆ.

ET

NARRATIO HISTORICA  
quæ defensæ, quæ exterminatæ novæ  
Philosophiæ.



RHENO-TRAJECTI;


Ex Typographiâ WILHELMI STRICKII

Anno c1o 1o c XLIII.



R E C T O R  
ET  
P R O F E S S O R E S  
Acad. Ultraject.

LECTORI CANDIDO S.

 *uemadmodum Rev. & Clar. vir D. Gisbertus Voetius Collega noster amicissimus, ab auctore Epistole ad Dinetum infamatus sit, non te latet, benevole Lector. Deceveramus jam tum famam viri optimi testimonio publico asserere: sed certis de causis res in hunc usque diem dilata est. Cum verò neque finem neque modum predictus auctor sibi fecerit, sed ad priorem epistolam, aliam multò acerbiorem adjecerit, eaque ab hominibus malevolis, in vernaculum translata sit, ut eò majorem estimationis jacturam apud omnes Collega noster faceret, haut diutius cunctandum rati, ex mandato atque auctoritate Amplissimi Senatus Urbani, præsens testimonium,*

4  
unà cum narratione historicâ eorum, quæ apud nos acta  
& gesta sunt, ut vetus philosophia in possessione retine-  
retur, vulgandum censuimus: non ut cuiusquam famam  
aut existimationem laderemus, sed ut innocentia viri op-  
timè de universitate nostrâ meriti omnibus magis magis-  
que innotesceret. Vale.

Dat. Traject. ad Rhenum,  
iv. Kal. Octob. c1515 c XLIII.





TESTIMONIUM  
ACADEMIÆ ULTRAIECTINÆ,

Rector & Professores Acad.  
Ultrajectinæ.

LECT. 3.

Quamquam virtus, vitæq; integritas suffragiis aliorum non indigent; ea tamen interdum est hominum improbitas, ut confugere ad testimonia cogantur, qui vivos innocentiae suæ testes circumferunt. Experti id sunt nonnulli ex collegis nostris, viri præstantissimi; qui cum vitam, mores, studia sua ita omnibus approbent, ut singulis exemplo, Academiae universæ ornamento sint; tamen in epistolâ Renati Cartesii ad Dinetum, conviciis & contumeliis indignum in modum proscissi sunt. Ac licet non timuerint, ne per prædictam epistolam existimatio sua apud viros bonos, & rerum Academiae nostræ gnaros periclitaretur; quia tamen animadverterunt, quendam heterodoxum nuper calumnias nonnullas ex eâ epistolâ in libellum suum transtulisse; ne idem imperiti alii facerent, neve, malè creduli fide historicâ niti putarent, quæ mendaciis & calumniis operata sunt, testimonio Academico innocentiam suam tutandam sibi existimarent. Nos itaque æquissimæ eorum postulationi deferentes testamur, falsum esse quod autor epistolæ scribit (pag. 175.) quosdam ex collegis Medicum sibi præferri advertentes, manifestè eidem invidisse.

vidisse, ac persæpe à Magistratu contendisse, ut nova docendi ratio prohiberetur. Præterquam enim quod invidiæ causa nulla esset, etiam primæ apud Magistratum in postulando partes non illorum fuerunt, sed aliorum; qui communi Academiæ periculo movebantur: quippe cum res ipsa clamaret, non posse non veterem philosophandi rationem magno cum academiæ detrimento mutari. Ac ne hi quidem persæpe, sed semel duntaxat à Magistratu id postularunt: non suo arbitrio, sed ex consilio & delegatione Senatus academici. Tantum autem à veritate abhorret, aut laborasse eos, qui invidisse dicuntur, per totum triennium, ut Medico nova philosophia interdiceretur; aut novam provinciam, quasi pro præmio benè navatæ operæ à Magistratu Medico datam; ut intra triennium, professionem problematicam commendatione præcipuâ ejus Theologi, cujus latus calumnia petit, obtinuerit: nec ante mota ei controversia sit, quàm disputatio ejus de circulatione sanguinis emanasset. Improbata porro divinatio est, qua autor epistolæ (pag. 179.) suppositiones scholasticæ juventutis collegis, nescimus quibus, impingere velle videtur: neque enim ulla hæcenus, in quavis facultate, disputatio paulò fervidior fuit, in quâ non immodestiam disputantium auditores strepitu & suppositione pedum castigaverint. Quod autem unâ disputatione præter morem Præses ipse explodi visus sit, cum aliâ solis opponentibus, aut defendentibus, ea procella metuatur, id prævè factum fatemur: quin etiam dolori nobis est, judicandi sibi partes sumere eos, qui discendi gratiâ convenere:

7

nerē: sed neq; in potestate nostrā fuit, id malum à præside  
avertere, neque dolo cujusquam nostram, aut consilio,  
factum est. Illa præterea manifesta calumnia est, quā  
autor epistolæ ( pag. 187. ) decretum Senatus academi-  
ci, de retinendā in docendo vetere philosophiā, soli Re-  
ctori attribuere conatur: dum alios quidem dissentien-  
tes numero suffragiorum victos scribit, alios autem viros  
pacificos Rectori suo, quem mordacem novissent, con-  
tradidere noluisse fingit. Nam & omnes consensisse  
in decretum, libellus Amplissimo Senatui Urbano exhi-  
bitus, & ab universis subscriptus abunde arguit: & fal-  
sum est, quenquam nostrum mordacitate viri mitissimi  
coactum, ut aliter diceret, aliter sentiret. Vnus dunta-  
taxat ex collegis fuit, qui non decreto contradixit, sed a-  
ctis potius academiæ inscribendum, quàm typis evul-  
gandum censuit. Adhæc potentiam Theologi, quam  
dictā epistolā, ( pag. 177. & 185. ) invidiosè exaggerat,  
nullam agnoscimus, in eo collegio, in quo libertas cen-  
sendi & dissentienti omnibus æqua: nisi fortè pro magnis  
in academiā & ecclesiam meritis, aliqua existimatio  
atque autoritas potentia est. Eundem præterea Theo-  
logum, cum Rectoris munere fungeretur, ipsiusque  
officii esset, videre ne quid academia detrimenti cape-  
ret, & convocasse Senatum, & retulisse fatemur: in suo  
dolore & accusatorem & judicem fuisse, id verò perne-  
gamus: quippe, qui palam ediceret, suas injurias sibi cu-  
ræ fore; ad Senatum non nisi publicam totius academiæ  
causam se referre. Postremò quod autor epistolæ  
Theologum prædictum turbulentum & seditiosum,  
Rector-

Rectorum vocat ( pag. 188. & 211. ) in eo insignitè inju-  
 riam ei fieri conquerimur. Aded enim ille nihil turbu-  
 lentè, nihil feditiosè gessit, toto anno quo Rectoris mu-  
 nere defunctus est, ut è contrario ipsius præcipuè vigi-  
 lantiæ atque dexteritati imputemus, sopitis turbis, quie-  
 tem pristinam academiæ postliminiò restitutam esse.  
 Quæ omnia, uti planiùs atque apertiùs intelligantur,  
 narrationem historicam earum rerum, quæ apud nos  
 gestæ sunt, exhibemus: lectorem rogantes, ut autoris  
 epistolæ dissimilis, publico potius academiæ testimonio  
 fidem habere, quam occultis susurronum mendaciis au-  
 res præbere velit. Dab. Trajecti ad Rhenum, Kal. Mart.  
 Anno dñi MDC XLIII.

---

N A R-

# NARRATIO HISTORICA.



Ostquam Illustre Gymnasium Ultrajecti-  
num anno 1636. mutatum esset in Acade-  
miam, Cl: Medicus D. Gul. Stratenus vo-  
catus est ad Professionem Medicinæ Pra-  
cticæ & Anatomicæ. Verum, cum numerus  
studiosorum aliquantum accresceret, visum  
est D.D. Professoribus, è re Academiæ fo-  
re, si alter adscisceretur ejus Facultatis Pro-  
fessor, qui Medicinam Theoreticam & Bo-

anicam explicaret. Hinc factum, ut D. Henricus Regius Me-  
dicinæ Doctör, usus comendatione D. Henrici Reinerii Philo-  
sophiæ Prof. & sumtâ occasione ab aliquâ familiaritate, olim in  
Academiâ Franequeranâ contractâ cum D. Bernardo Schotano,  
Juris & Matheos Professore, & tunc temporis Rectore Magni-  
fico, frequenter & fervidè, primum apud dictum Rectorem, deinde  
& apud D. Litæum, Historiæ temporum & humaniorum literarum  
Professorem, instaret, ut Ampliss. Senatui, parum adhuc de altero  
Medicinæ Professore cogitanti persuaderent, alteram Professio-  
nem Medicam constituerent, seque ad eam commendarent: polli-  
citus non vulgaria à suâ indultria profectura, ex quibus & ipsi vo-  
luptatem caperent, & Academiæ decus atque incrementum haur-  
vulgare accederet. Dum illi pleni bonæ spei hoc sedulò & fide-  
liter quacunq; occasione agunt, nihil minus expectantes, quam  
quod postea evenit, & Collegæ suo D. Strateno hæc sua consilia  
communicant: factum est, ut à nonnullis senatoribus, & ab  
aliis professoribus horum consiliorum ignavis, quorum pleris-  
que etiam D. Regius planè ignotus erat, alii commendarentur.

Inter alios, animis plerorumque Professorum & nonnullorum ex Senatu obversabatur, Doctiss. N. N. qui præter alias ingenii dotes morumque elegantiam, Botanices dicebatur peritissimus: ita ut vix dubitaretur, quin provinciam illam fuisset obtenturus. Erant etiam qui alterius cujusdam eruditiss. Viri mentionem injicerent, vel eo nomine ipsum peculiariter commendantes, quod Medicinæ, Philosophiæ & Matheseos studiis, Orientalium linguarum, ac nominatim Arabicæ conjunxisset.

Interim non segniter negotium suum agente D. Regio, impri-  
mis apud D. Schotanium Acad. Rectorem & D. Lyræum; fa-  
ctum est, ut D. Stratenus in consensum adduceretur: quamvis multa  
spargerentur, D. Strateno non inscio, de paradoxo D. Regii inge-  
nio, quæ si pro veris credita fuissent, promotioni ipsius attulissent  
impedimentum. Sed caritate, quæ non cogitat malum, omnia  
recta fuerunt: præsertim cum D. Regius sanctè promitteret D.  
Rectori Schotano, D. Lyræo, & D. Strateno, se nihil contra re-  
ceptam & communem in hæc aliisque Academiis Medicinam mo-  
turum, neque adversus D. Stratenum, sed potius, eundem loco pa-  
tris veneraturum. Accedebat, quod motis scrupulis opponeretur,  
eum tantum commendandum ut reciperetur in Professore extra-  
ordinarium: satis tutò itaque illum hoc in statu explorari posse,  
nec facilè quidquam incommodi ab illo metuendum. His dif-  
ficultatibus, uti videbatur, remotis; exorta fuit ex fama, alia lon-  
gè gravior, de heterodoxiâ ipsius in fide; de quâ Nerdeni (oppidum  
est Hollandiæ, ubi D. Regius aliquot annis Medicum & Scholæ  
Moderatorem egerat) & coram Classe Amstelredamensi nonnihil  
turbellarum excitatum fuisse ajebant. Quæ simulac audita fuerunt  
D. Schotano & D. Lyræo, illi non parum perculsi candidè D. Re-  
gio indicarunt. Qui cum se excusaret, postea super totâ hæc re,  
per occasionem cum D. Voetio, Theologiæ Professore amicè con-  
tulerunt. Hic cum de D. Regio ejusque commendatione vix fan-  
do antehac audivisset, nec unquam illi locutus fuisset, acquievit  
in judicio & consensu D. D. Collegarum; omisâ commendatio-  
ne

ne eruditiss. Vitorum, quos supra memoravimus, quam alteri Ampliiff. D.D. Consulium (quippe eorum, quæ à D. D. Collegis hæctenus privatim acta erant, ignarus;) subinde iterarat, hoc tantum requirens, ut de religionis & pietatis *ἁρμοσίᾳ* Academiæ & Reipublicantum esset, de quo D. D. Collegæ se quam maximè etiam sollicitos esse declarabant. Itaque, abundantis cautelæ ergo, petiit D. Lyræus à D. Voetio, ut secum conveniret D. Regium, & coràm ejusdem responsionem atque ἀπολογίαῖν audiret. Eò ubi ventum est, D. Regius tam prolixè de orthodoxiâ suâ, deque studio *ἰσοτίμῳ πίσει*, protestatus est; præterea sinistram omnem suspicionem tam procul à se amovit, expositione occasionis unde illam ortam dicebat; denique exhibito testimonio Ecclesiæ Nerdensæ, quod in admissione ad communionem Ecclesiæ Ultrajectinæ obtulerat: ut D. Voetius è vestigio una cum D. Lyræo virum amplecti cœperit, studiumque & operam suam illi polliceri; posthabitâ omni ulteriori cognitione.

His hæctenus ita privatim actis, conventus D. D. Professorum à D. Rectore indicitur, in quo statutum, ab inclyto urbis Senatu plures petendos Professores, saltem extraordinarios, Philosophiæ scilicet Practicæ, Metaphysicæ, Philologiæ, & Medico-Botanicæ; atque ad hanc nominatus & commendatus fuit D. Regius, audito prius consensu D. Strateni ordinarii Medicinæ Professoris, quem propiùs hoc tangeret. Atque ibidem delegati sunt D. Voetius & D. Reinerius, ut hæc Professorum consilia & postulata inclyto urbis Senatu exponerent. Neque defuit illis, pro virili novas Professiones commendantibus, exoptatus successus. Cujus simul ac conscius factus fuisset D. Regius, atque una ex D. Reinerio didicisset, quàm seriò, & honorificis verbis se causamque suam commendasset D. Voetius; ilico eundem convenit, eique tam profusas egit gratias, ut eas tunc admittere, & nunc erubesceret referre.

Ita omnibus Collegis impensè faventibus in Professore extraordinarium Medicinæ adscitus fuit D. Regius; & primo anno nondum exacto in ordinariorum numerum adoptatus, nemine

Collegarum ringente, nec verbulo in convētu Academico, aut alicubi ipsius progressum impediēte. Quin imo, audito nuntio de illius adscriptione in numerum ordinariorum, non semel profecti sunt, melius factum fore, si augmento honoris simul augmentum stipendii accessisset: præsertim cum D. Regius, posthabitâ omni ferè praxi Medicâ, totum se studiis & laboribus Academicis consecraret. Idem hic affectus erga D. Regium movit. D.D. Professores, ut post obitum D. Reinerii, intercedente D. Rectore, & coràm petente ipso D. Regio, unanimiter statuerint, ab inclyto Senatu illi peculiariter, & soli tunc petendum esse justum stipendii augmentum. Inter alios D. Stratenus, prolixum suum in hoc D. Regii negotio affectum eo declarabat, quod diceret, se hanc unam ob causam hactenus noluisse cogitare de postulando majori stipendio; quod alioquin ex æquo & bono sibi deberi, juxta cum omnibus Collegis suis, censebat: malle res suas posthabere, quam ut petitioni D. Regii vel minimum obesset. Delegati autem sunt tunc temporis D. Rector, & D. Senguerdius Philosophiæ Professor, qui seriò apud inclytum Senatum hæc nomine D.D. Professorum urgerent.

Circa idem tempus D. Regius à D. Voetio aliisque nonnullis Professoribus privatim efflagitavit, ut se ad Professionem Physicam vel totam, vel saltem partem ejus specialem (quæ maximè affinis esset Medicinæ) commendarent. Quod etiam à D. Voetio est factum. Cumque hoc non succederet, convenit D. Regius aliquantò post D. Voetium domi suæ, & præfatus ipsum inter primos sibi antehac fautorem fuisse, cum de Professore Medico-Botanico constituendo ageretur, obnixè petiit, ut apud alterum Amplif. D.D. Consulum (cujus singularem in Academiæ & Professorum negotiis promovendis favorem & solertiam ab omnibus ac nominatim à D. Voetio, grato semper animo agnosci & prædicari noverat) intercedere veller, quò ipsi lectio una Problematica hebdomadatim permetteretur: sibi enim satis temporis superesse, hanc Lektionem Medicis & Botanicis suis adjiciendi, delectari se  
specu



speculationibus; ac malle omne tempus iis dare, omnemque praxin Medicam posthabere: hac verò ratione occasionem sibi oblatum sui ingenium & industriam suam exercendi, & studiosorum confluum & Academiæ incrementum promovendi; nullius Professioni lectionibus Problematicis præjudicatum, in, quandoquidem occupandæ essent; in specialibus quæstionibus, Opticis, Mechanicis, & similibus; quæ in ordinario cursu Philosophico ab aliis tractari non soleant: eamque expeditissimam fore rationem, stipendii augmentum ab Ampliss. Senatu impetrandi. D. Voetius his rationibus auditis, nihilque minùs cogitans, quam hæc problematicâ lectione intendi illud, quod postea docuit experientia, operam suam promisit, & reipsâ præstitit, tum ut augmentum stipendii hac viâ obtineretur, tum ut enodatione rariorum Problematum specialium juventus ad suavissimas contemplationes excitaretur, & novella Academia magis magisque inclaresceret. His ita præmissis, quæsitum fuit iudicium ac consilium D. Senguerdii Philosophiæ Professoris ordinarii: qui quidem non arbitrabatur fore has lectiones Problematicas bono Academiæ, significabat tamen, quod si in clyto Senatui decretum esset illas Medico permittere, se nolle repugnare, sed æquo animo laturum. Ita postulata lectio Problematica D. Regio concessa est.

Problematum verò prælectionem ita instituebat D. Regius, ut in explicationem arcanorum Philosophiæ liberius plerumque evagaretur, & in receptæ ac communis Philosophiæ principia & placita nimis quam acerbè grassaretur, eaque contemtu haberet & exploderet. Interim D. D. Professores ferè securi erant, nihilque mali suspicabantur, quod ad pauciorum cognitionem illa devenirent: & si quis forte non nihil inaudiisset, tanti non faceret, ut illa in nervum eruptura metueret.

Quæ hæcenus semina contentionum sub glebis delituisse videbantur, primum erumpere cœperunt, occasione Disputationis D. Florentii Schuili, pro obtinendo Philosophiæ magisterio publicè institutæ 9. Jul. A°. 1639. ubi cum Opponens, secundum sententiam novæ Philosophiæ, omnes qualitates attractrices & qualitatem occultam magnetis oppugnaret, Medicus stans in subseiliis D. Senguerdio, ordinario Philosophiæ Professore & Promotori, satis indecorè insultavit, & contra Doctiss. Candidatum, D. Senguerdii discipulum, triumphum ante victoriam cecinit: cum tamen, omnium Professorum judicio, Candidatus perquam solidè & dextrè omnia objecta dilueret, & non inconcinne Opponentem perstringeret, atque ad terminos revocaret.

Imprimis autem novæ Philosophiæ ac Medicinæ opiniones publicè in hæc Academiâ spargi cœptæ, institutâ à D. Regio disputatione de sanguinis circulatione 10. Junii 1640. Ad quam impediendam, primò D. Bernhardus Schotanus, Academiæ Rector, animadvertens novitates has non placere Professoribus, præsertim Medicinæ & Philosophiæ, D. Regium, cui aliàs favebat, privatim accessit, conatus quibuscunque poterat rationibus, ei persuadere, ut ab incepto desisteret, nec Disputationes Medicas à contentiosis hæc materiâ inchoaret. Sed cum nec amicitia, nec sanctis promissis & stipulationibus, quas supra retulimus, quasque in memoriam illi revocabat, quidquam tribui videret: indixit conventum Professorum, ibique difficultatem hanc proposuit. Auditis ultro citroque rationibus tum Medici, tum alterius Medicinæ Professoris, de novâ hæc Philosophiâ & Medicinâ tradendâ aut non tradendâ: secessit Medicus, & cum eo alter Medicinæ, & Philosophiæ Professor ordinarius; quod Medicus causaretur eos adversam sententiæ suæ Philosophiam sectari, atque adeo partibus studere. Sic itum in suffragia, ac decretum ab omnibus & singulis, nemine dissentiente, ut D. Regius, quandoquidem theses jam conceptæ, ad typographum nondum delatæ erant, alias conscriberet, de materiâ aliâ, quâ, quæ à communis & receptæ Medicinæ fundamentis tam procul

cul non recederet; & siquidem omnino sententia staret nuperam illam Harvei speculationem de circulatione sanguinis defendendi, id faceret per modum Corollarii, aut mantissæ thesibus subjectæ, additâ hæc formulâ: **Exercitii causâ defendemus.** Consilio & decreto Professorum D. Regius quidem vilus est acquiescere, & mutaturum se Theses suas promisit. Quod tamen cum minimè ab illo præstitum comperisset D. Schotanus Academiae Rector, qui Theses ad Typographum delatas legerat (erant enim eadem cum prioribus, tantum mutatâ primâ Thesi, quæ quasi vicem præmioli faciebat) indicto conventu Professorum rem omnem exposuit. Interim dum deliberant & hæc agunt D. Rector, & Senatus Academicus, strenuè conatus suos urfit D. Regius, & non expectato Academiae consensu, partem Thesium jam excudi curaverat. Delegati ergo sunt D. Schotanus Rector, D. Voetius, & D. Æmilius, qui Nobiliss. & Ampliss. D. D. Consules, ac Senatores ad Academica negotia Deputatos, nomine Professorum, seriò monerent, ne semina hæc dissidiorum in Academiâ germinare paterentur. Responsum est, quandoquidem jam Theses excusæ essent, in præsens se passuros, ut quod inceptum erat, fieret: in posterum tamen de justo remedio cogituros. Non longè post, Disputatio hæc de circulatione sanguinis oppugnata fuit libello Jacobi Primorossii Medici, Lugd. Batavorum edito. Cui, cum responsonem illico pararet D. Regius, bonam ejus partem de scripto sponte & familiariter communicavit ac prælegit D. Lyreø, nec non D. Voetio, & D. Carolo de Maets, qui, nullo interposito iudicio, tantum monuerant, ut rem ipsam tractaret, à dicteriis abstineret.

His ita gestis, D. Regius prælectionibus Problematicis, & privatis Collegiis Physicis, aliisque, quibus poterat, modis communem Scholarum Philosophiam, cum autoribus, Doctoribus & sectatoribus ipsius satis indignè explodere, & novè, ut putabat, Philosophiæ vexillum in hæc Academiâ erectum ire: quin & unus atque alter ex ipsius sectatoribus, cum in Disputationibus Philosophicis opponerent, subinde satis indecorè in contentiones prorumpere.

Profes-

Professores, præsertim Medicinæ & Philosophiæ, rati tempore cedendum, ne viderentur importunè resistendo malum exasperasse, nihil interea publicè privatimve moverunt; contenti recepta dogmata lectionibus, disputationibus, collegiis more solito docere, & defendere.

Theologiæ verò Professores, quamvis non minùs ac Collegæ ipsorum dolerent, pomum hoc Eridos in Academiam injectum, gliscientes has novitates volentes nolentes ferebant; ac consulti à Theologiæ studiosis curæque suæ commissis, de collegiis Physicis sub Medico suscipiendis, non prohibuerunt; idque eò magis, quia illi profitebantur, se dogma novæ Philosophiæ velle cognoscere, & cum receptâ Philosophiâ conferre. Professores tantùseriò monebant, judicio hic utendum, nec quicquam recipiendum, nisi diligenter examinatum, & solidis rationibus suffultum; neque nullo modo admitendum, ut necessarium & serium receptæ Philosophiæ studium, hæc occasione negligeretur aut languesceret. Moderationis verò & suæ ἐπιποσχῆς has rationes habebant, quod arbitrarentur futurum, ut paradoxæ illæ opiniones susisterent intra terminos Physiologiæ Medicæ & Mathematicæ, affiniumq; speculationum; præterea, quod experientia didicisset, inventa ejusmodi plerumque novitatis gratiâ splendere ad tempus, postea tamen penitus inspecta, vilescere, ac cõtèmni. Denique ipsos movebat, quod dissuasione suâ non potuissent non obesse luminibus Medici Collegæ sui, ejusque emolumentis & existimationi non parum præjudicare; quod nefas tunc dicebant.

Interea pergebat Medicus quotidie ad scopum illum contendere, quem illi ab initio Professionis præfixum fuisse, Professores de post facto didicerunt, ex indicio auctoris novæ Philosophiæ. Hunc in finem accessit Theologum illum, sub cujus Rectoratu postea hæc nova Philosophia sepulta est; eique, laudato prius, tanquam summo amico & fautori, prælegit ideam suæ Physiologiæ, petiitque judicaret, an illæ sã & inoffensâ Theologiâ in lucem exire posset. Theologus *in ἀπορίαις* indicatis nonnullis, quæ offensionem Scho-

lis Theologicis præbitura putabat, respondit se iudicium de scriptis alienis sibi non sumere, nec velle aut posse quenquam sententiam suam in rebus Physicis per omnia alligare, nedum Collegis quidquam hic præscribere. Interim monebat & obtestabatur, ut si meditationes ipsius publicarentur, id fieret debitam cum moderatione, absque præiudicio studii Medici & Collegarum D. D. scilicet Professorum; subjungeret etiam singulis assertionibus solidissimas, quas habere seputaret, demonstrationes. Addebat Theologus privatum hoc esse consilium suum, ex studio & affectu erga ipsum, & Academiam: suas alioquin hic nullas esse partes, nullam potestatem institutum Medici probandi aut improbandi. Denique repetiit monitionem, quam & antehac & postea aliquoties inculcavit, ut Medicinam Dogmaticam in Academiis, & apud Practicos communiter receptam diligenter ipse excoleret, plenèque primum doceret ac tum demum adjiceret peculiare meditationes, si quas haberet, easque ad solidiorem Medicinæ cognitionem facere putaret: ita omnibus satisfactum iri, multosque studiosos Medicinæ huc alliciendos. Quod ille se fecisse & facere constanter asseveravit, & porro facturum prolixè promisit, non tantum tunc temporis, sed etiam quotiescunque Theologus illam suam monitionem iteraret.

Paulò post cùm ab inclyto urbis Senatu munus Rectoris Theologo impositum esset, 16. Martii anno 1641. aliquot post diebus convenit eum Medicus & præmisso præmio de benevolentia & favore eius erga se, de eisdem in Academia auctoritate, & quæ istius erant fatinæ, aperuit nunc demum sub ipsius Rectoratu affulgenti pulcherrimam occasionem Academiæ huic industriam suam probandi, eamque pro virili illustrandi: quod ille fore putabat evulgatione suæ Philosophiæ. In quem finem postulabat consilium & auxilium Theologi, tunc Rectoris, sine cuius auctoritate nihil se tentaturum dicebat. Consultabat verò utrum satius esset sententiam suam libro edito, an Thesis Academicis in lucem proferre. Cumque posterius sibi potissimum arridere ostenderet, Theologus conabatur persuadere, si omnino statulset, meditatio-

nes suas in publicum edere, priorem modum potius amplecteretur: neque enim posse collegium disputationum, præsertim paradoxarum, de totâ Physicâ ordine proponi à Professore Medicinæ, sine præiudicio Professorum Philosophiæ, atque *ſc&e* Academiæ perturbatione. Cumque Medicus obtenderet partim autoritatem *Rectoris*, partim lectionem problematicam, cujus respectu, etiam esset Professor Philosophiæ; Theologus utrumque diluebat, additis rationibus rei & tempori tunc convenientibus. Tandem cum videret Theologus eum à proposito dimoveri non posse, consilium suggessit, ut totam Medicinam disputationibus publicis ventilandam proponeret, quæque haberet *ſc&e* aut paradoxa primæ parti) sc. Physiologiæ sive per appendices & Corollaria (quod maximè suadebat) sive ipsis Thesibus insereret; additâ antiquâ monitione, de tradendâ recepta Philosophia, atque paradoxorum suorum solidis demonstrationibus non negligendis.

Ita inchoatæ sunt 17. Aprilis 1645. Disputationes, titulo primum Medicæ, quamvis magnam, si non potiozem, partem essent Physicæ. Quippe in quibus Respondentium partes inter alios etiam obirent nonnulli Philosophi Theologico studio destinati, qui Medicinam nunquam vel à limine salutarant. Sed disputationum istarum cursus sub schemate illo non diu se continuit, quin 24. Novembris, & deinceps admixtæ sunt disputationes, hoc titulo *De illustribus questionibus Physiologicis Logicis*.

Interim multa partim editis Thesibus, & in ipsarum disputationum concertatione, partim in dictatis, ac collegiis privatis a seera à Medico, quæ non tantum, absurda, & à communi sapientum sensu abhorrentia erant, sed etiam facultatibus superioribus præiudicatura, imprimis Theologiæ, quæque pacem ac incrementum novæ Academiæ, communiaque juventutis studia perturbatura videbantur. Qualia sunt inter alia: de quinque decantatis novæ Philosophiæ principiis, Quantitate sc. quiete, motu, situ, & figurâ; item de particulis insensibilibus; de definitione substantiæ corporeæ, mentis humanæ, accidentis; caloris, & frigoris; de quantitatis efficaciâ; de homine, quod sit ens per accidens; ac conflatus

ex animâ, mente & corpore; de sede animæ, & glandulâ pineali; de omnium rerum motu circulari; de mundo indefinito; de Christi personâ, quod non magis sit unum per se, quam homo; de vino supernaturali, quod scilicet miraculosè productû; erat in Canâ Galileâ; de bove vivo & mortuo ejusdemque differentiâ; de bove mortuo, & à demone moto; de globulis ætheriis, deque crassâ parte mundi, quæ in variarum figurarum particulas distributa, à subtilioribus Elementis circumrapitur in gyrû; de terrâ, quod sit Planeta; quippe quæ duplici motu circûgyretur diurno & annuo; porro constitutionē cæli, secundum dogmata Ptolomæi & Tychonis, adversari Mechanicæ, quæ illi ferè unicum Physicæ est fundamentum; denique quod, quicquid movetur, à seipso moveatur; & quæ sunt ejus generis alia.

Non rarò autem accidit, ut in disputationibus, cum Philosophiæ studiosi acrius urgerent, & haut obscurè in absurda & præcipitia illum adigete viderentur, ad tergiversationem, aut silentium, aut insectationes opponentium, ac receptæ Philosophiæ confugeret.

Hinc indecoræ ortæ sunt contentiones & clamores, animorumque distractiones; hinc carmina satyrica, quibus utriusque partis Philosophia cum suis disputatoribus laudata aut traducta, quorum primam originem cum Medici a seclis (quin & ipsi Medico, quem carmen ejusmodi in Typographico corrigentem deprehendisse se dicebant) tribuerent studiosi; putabant sibi non minus licitam esse receptæ & innocuæ Philosophiæ justam defensionem, quam aliis ejus temerariam derisionem.

Professores, & inter eos Theologus, illius anni Rector, a quo & patiente animo hæc hætenus ferebant, & dramatis spectatores tantum agebant: quamvis non sine tacito dolore, & metu, ne præcipites & tumultuariæ istæ innovationes in majus aliquod malum erumperent. Nec quidquam illis publicè movere visum fuit, quo grassans hoc studiorum & Academiæ contagium aperte sifteretur, & studiosi facultatum, præsertim Medicinæ & Theologiæ pramoverentur, ante 22. & 18. Decembris: Illo enim à primario Medi-



cina professore, hoc vero à Theologo Academiae Rectore Corollaria ordinariis disputationibus subjecta sunt, quae studiosis incertitudinem, & pericula Novae Philosophiae speciminis causâ aliquo modo indicarent. Duo autem praecipue erant, quae Professores impellebant, ut censerent praemonitiones illas necessarias, & tempestivas, esse; quaeque non exiguum illis praebuerunt occasionem, ut eas maturarent. Quae idcirco paulò altius hic enarranda sunt.

Medicinae studiosus Thesibus Mathematicis sub D. Ravensbergo Professore Matheseos disputandis (quibus titulus erat Disputatio Mathematico Philosophica) Corollarium subjecerat pro sententia communi receptâ, contra nuper exortam opinionem de circulatione sanguinis, his verbis: *Continuus ille & Ellipticus sanguinis motus, quem ingeniosissimus G. Harvæus ingeniosissimè primus excogitavit, variisque experienciis astruere conatus est, an à nobis admitti debeat? Non negamus probabilem esse sententiam Harvæi, à communi tamen non temerè discedendum judicamus.*

Medicus ubi id rescivit, cursitationibus, obtestationibus, & querelis primùm apud alterum Nobiliss. & Ampliss. D. D. Consulm, deinde apud Theologum, Academiae Rectorem propositionem istius corollarii, aliorumque nonnullorum iisdem Thesibus (inter quae illud 3. Thesi Opticâ, de Myopibus non curandis per antidota medica) impedire voluit: causatus inter alia Professore Matheseos ex suâ sententiâ illud corollarium non defendere (quippe quem antehac contrarium sensisse nôrat) sed tantum ad postulatum & beneplacitum respondentis; adhuc involari in professionem Medicam, immo nequidem moris esse, aut licitum in Academijs, ut Mathematici Theses ad disputandum proponant. Tantum vero effectum est, ut Professor Matheseos de consilio Rectoris cederet Medico, & Corollarium ita mutatum Typographo excudendum daret: *An continuus ille & Ellipticus sanguinis motus, quem ingeniosissimus G. Harvæus ingeniosissimè primus excogitavit, variisque experienciis astruere conatus est, à nobis admitti debeat? Probabilis est Harvæi opinio; praevalentior communis. Nobis tamen id*



nunc *Quodlibeticum* esto. Respondens disputationis in correctione probæ (quam vocant) in scio præside cum omisisset vocem *ingeniosissimè*, & substituisset à nobis *in lycæum medicum*; posteriora hæc verba, de quibus Medicus conquerebatur, in omnibus exemplaribus (quæ distribuebantur) suasione Rectoris inducta sunt.

Qua ratione tamen Medico vix est satisfactum. Hæc verò cùm Professoribus innotuissent, non poterāt non ipsis displicere, quod Medicus non contentus libertate, quam sibi quoticidie magis ac magis sumebat, contra Academiæ iudiciū & decretum, contraque promissa (quorum supra meminimus) nec expectato Inclyti Senatus expresso consensu, insupet contrariæ ac communis sententiæ in Academiâ defensionem proviribus impeditumiret: imo & in Theses aliorum Professorum propriâ autoritate inquireret, deque iis querelas clam ad ipsos D. D. Consules deferret, non expectata facultatis medicæ, aut Philosophicæ, aut Academici senatus sententiâ, ad quæ tribunalia prius hæc querela & causa, ex more Academiae rim, deferenda fuisset. Accedebat, quod Medicus Mathematici disputationi opponeret Elencticam, 24. Novembris 1641. in quâ, circulationem sanguinis de novo asserens, verba nonnulla, ex responsione Professoris Mathematici, Thesi. 23. & 24. & Respondentis, thesi 25. & 26. alio charactere expressâ exhibens, exagitabat; in quo fidem & dexteritatem illius desiderare se postea conquesti sunt.

Quo facto putabat defendens dictæ disputationis, & Professor Mathematicus plus satis occasionis sibi datum utendi communi libertate Academiae, & suam mentem ex professo explicandi, oppositisque disputationibus se tuendi. Et factum fuisset, nisi Theologus Rector Academiae amicâ persuasione Professore Mathematicos, rationibus quibusdam ab instituto avertisset; quibus ille acquievit: quamvis alii graves & prudentes viri, etiam ex professoribus aliter iudicarent. Satis ergo fuit Professori Mathematicos, inter alia corollaria novæ Philosophiæ opposita, disp. Mathematicæ de pancto, 11. Decemb: suam responsionem, contra circulationem sanguinis, nuper publicè datam, ventilandam proposuisse, his ver-

bis: *An spirituum populisio sanguinem ex arteriis in Venas præsertim in Phlebotomiâ promovere possit? A.*

Contra hoc Corollarium duo doctissimi ex Medici sectatoribus ad fatietatem usque opponebant, donec ipsi desisterent.

Alterum, quod imprimis Professoribus cogitationes iniecit de quærendis remediis, contra crescentem hunc Academiae suæ morbum, fuerunt pertinaces concertationes & frequentes suppositiones, quæ evenere in disputatione Medici, de illustribus quæstionibus Physiologicis, habitâ 8. Decembris 1641. Ac causæ suppositionum ad primi & secundi opponentis oppositiones erant manifestæ, atque aliàs etiam usitatæ, videlicet contentiones, de vicibus opponendi inter duos studiosos Medicinæ, alterum receptæ, alterum novæ Philosophiæ propugnatorem; ac deinde inter studiosum Medicinæ novæ, & studiosum Theologiæ, receptæ Philosophiæ sectatorem. Tertiam & iteratam suppositionem concitabant nonnulli Medico faventes, ut scilicet abrumperent oppositionem Theologiæ studiosi, qui pressè ac solidè, modestè tamen, rationibus quibusdam Metaphysicis ab absurdo urgebat paradoxon Medici, de homine, quod sit ens accidens, ut ille ait, deque accidentali unione animæ & corporis; utque in locum illius succederet, Medicinæ studiosus, Medici discipulus, & assecla; qui paratus astabat, & gestibus atq; habitu corporis ad oppositionem sese, offerebat, quin & audientibus multis studiosis Medicus ingeminabat, hæc exercitia esse pro studiosis Medicinæ, itaque Theologiæ studiosis nullas hîc esse partes. Atque hætenus illis quidem suppositionibus soli petebantur oppositæ; Præside enim verba faciente, veluti aliis in disputationibus fieri solet, cessabant. Sed cum nonnulli ex Medici asseclis & discipulis pergerent aliquoties inturbare dictum Theologiæ studiosum, subtiliter & forma Syllogisticâ argumentum suum prosequentem, ad quod Medicus non respondebat, factum est tandem, ut sub finem disputationis suppositio inchoata à Medici fautoribus, continuaretur, ipso etiam medico, disputationis præside, loquente: quod in hac Academiâ planè est insolens. Ea vero suppositio excitabatur, (quantum audiri poterat) à

maximâ parte Auditorii, quod frequentissimum erat; numerum ibi aliquem facientibus Medicinæ & Theologiæ, sed multo maximum Literarum, Philosophiæ & Juris studiosis. Atque ita cum suppositione finita est disputatio, dum Pedellus horam auditam nuntiaret.

Cumque Medicus una cum Rectore, reliquisque Professoribus, qui disputationi interfuerant, more solito ex Auditorio exirent, ingens totius Auditorii orta est suppositio, quâ Medicus explodi videbatur. Hujus verò insolentiæ rationes studiosi passim illo die & postea rogati, hanc reddebant: Quod Medicus tum per se, tum per sectatores suos insolenter & superbe proscriberet receptam Philosophiam, ejusque doctores & discipulos indignè contemneret; cum tamen ejus refutationem (quippe cujus ne terminos quidem satis videretur didicisse) aut sententiæ suæ defensionem vix mediocriter in publico theatro moliri posset: deinde quod cum ad turpes tergiversationes, aut ad silentium manifestè adigeretur, si non ad absurda, & periculosa quam plurima effutienda; Ipse tamen, & nonnulli ipsius discipuli optimis inter oppositones Philosophis satis indecorè antehac insultare, & nunc oppositones eorum interturbare non erubuisse. Denique quod indigna essent paradoxa & absurda illa, *de homine ente & uno per accidens, de quantitatis efficaciâ, &c.* quæ in Academiâ proponerentur; imprimis si tam miserè & fugientium in morem defenderentur.

Cumque Medicus Theologus Acad. Rector, ab Acad. ad ædes ipsius comitaretur, hac occasione hic eum monuit, meliùs factum fuisse, si paradoxum illud de homine non proposuisset, ut quod periculosum esset, in recessu, & errorum aliquod syrma post se trahere posset, si quidem pertinaciter defenderetur. Excusavit verò se primum Medicus, quod lectum hoc sibi esset in Gorkæi exercitationibus, atque inde disputationi insertum: se nescivisse aliquid detrimenti aut præjudicii veritati Theologicæ hinc adferri posse. Postea tamen cum Theologus præcipitia & absurda quædam ostenderet, pro viribus sententiam suam tueri conabatur. Idem præstitit.

præstitit die postero, cum Theologum domi suæ super hoc negotio eum eo collaturus, & consilium, uti præ se ferebat, petiturus inviseret; ubi etiam de paradoxa ipsius Philosophiæ in genere, deque ratione & Methodo, quâ eam tradebat per sceleta definitionum, & dichotomiarum, absque demonstrationibus, nonnulla obiter dicta sunt. Sed nihil nisi pervicaciam, non sine maledictis, reposuit.

Alter ex Theologiæ professoribus de eodem paradoxo cum Medico domi suæ conferens, & salubre consilium illi suggerens, tantundem ferè abstulit. Quin & postridie, qui tertius erat à disputatione dies, in ordinariâ lectione problematicâ idem paradoxum pro virili astruebat, & auditoribus inculcabat. Hæc & similia cum plerisque studiosos Philosophiæ, aliarumque facultatum; pessimè haberent, eorumque querelæ apud Professores non minus multiplicarentur, quam contentiones cum novæ Philosophiæ seularioribus: non potuerunt Professores diutius prurientes suorum animos ac manus, quod hactenus pacis causâ pertinaciter fecerant, continere ab apertâ scientiarum defensione, ac calumniarum, quibus gravabantur, discussione.

Proposita sunt itaque à Medicinæ studio, sub primarii Medicinæ professoris præsidio, 22. Decembris 1641. ista Corollaria:

## Corollaria Respondentis.

1. **I**n malo Scorbutico, ut & ejus remediis, occulta qualitas est.
2. **H**epar sanguificationis præcipuum est organum.
3. **L**ien est alterum viscus sanguificationis.
4. **E**xcrementum serosum, urinæ materiæ, non per solas arterias, sed & venas emulgentes ad renes abit.
5. **S**anorum pulsus, citra causas evidentes, nunquam est creber.
6. **G**landula pinealis non est unicum sensorium, neque animæ domicilium.
7. **V**entriculi cerebri non sunt Spiritu animali distenti.

S. Vale.

8. *Valvule innervis non nisi imaginariæ sunt.*
9. *Naturalis circulatio sanguinis non datur.*
10. *Qui propter eam Artis Medicæ fundamenta eversum eunt, graviter errant.*
11. *Qui Medicos eam non admittentes pro Empiricis habent, si Praxim viderint, iniqui sunt; si non viderint, ad Praxi, tanquam qualitate ipsis occulta, ut cæci de coloribus, judicant.*
12. *Pesse quempiam absque cibo & potu diu vivere, asserimus.*
13. *Cochlearia non est Britannica, nec Telebium veterum.*
14. *Flos Armerius non est Saponaria.*
15. *Helleboraster non est Helleborus verus niger.*
16. *Helleborus ferulaceus non est Doronicum Americanum.*
17. *Filipendula ita dicta est, quod radices quasi filis pendere videantur; non quod flores.*
18. *Solanum Hortense non est amara dulcis: Nisi plantarum nomina ignorantibus liceat aliena nomina ignotis plantis indere.*

Porro studiosi Philosophiæ non contenti sub præsidio primariæ Philosophiæ Professoris, nudis corollariis hæctenus hoc egisse. Theses elencticas contra novam Philosophiam meditati sunt. Quas tamen demum post ferias hybernas propter præsidis, ob causas fonticas, absentiam publicè proposuerunt.

Proposita item sub præsidio Theologi Rectoris Academiae, Corollaria nonnulla, quibus impetus & temeritas juniorum in ventilandis nonnullis quæstionibus Theologico studio non satis conducentibus, paululum sufflaminaretur. Quod quia factum decreto & expresso consensu facultatis Theologicæ (nam 16. Decemb. ante prandium decretum factum erat & 18. Decemb. Corollaria sunt proposita) operæ pretium fuerit referre rationes, quas sui instituti tum habebat facultas Theologica. Erant autem illæ partim communes cum aliis Professoribus, partim peculiare.

Communes erant, quod metuerent ne nove) & pro ratione temporis sic satis florentis Academiae incremento atque existimationi præjudicium aliquod adferrent gliscentes illæ paradoxologiæ, at-

que inde ortæ studiosorum contentiones; quæ tandem ipsos Professores in partes traherent, atque inter se committerent, non sine incommodo Reipublicæ & Ecclesiæ.

Rationes peculiare erant. *Primo*; Quod viderent juvenes studio Theologico destinatos, (qui facile majorem numerum, inter Medici discipulos, faciebant) & suæ curæ atque inspectioni à parentibus & patronis commissos, magis ac magis rixosis & ventosis disceptationibus implicandos, & contentionibus assuefaciendos; atque hæc ratione non satis feliciter ad Theologicam sapientiam & praxin præparandos.

*Deinde*; Quod metuerent, ne à masculo solidæ Philosophiæ studio, ad Theologiam imprimis necessario, abducti, pauculis quibusdam particularibus opinionibus in speciem rarioribus, & novitate admirandis, nimium adhærescerent; & studio earum, atque ἀμελεία & ἀνοηκίης ad abneganda, aut susque deque habenda utilissima luminis naturalis axiomata in receptis disciplinis, præsertim in Logicâ & Metaphysicâ effulgrescentia, paulatim prolaberentur; & sic via ad dubitationes scepticorum, omnisque veritatis ac scientiæ fastidium sterneretur.

Quemadmodum experientiâ jam edocti erant, non consistere novas paradoxologias intra quæstiones quasdam Physico-Medicas, (quæ propriè Theologici agri & fori non sunt) sed progredi ad Quæstiones de substantiâ, & accidente, deque unione substantiali & accidentali, de unione animæ & corporis in homine; de Quantitatis Efficaciâ, &c. quæ Metaphysicam, Pneumatologiam & Theologiam, atque adedò materias non tam Medici quam Theologici fori, propius tangere videbantur.

*Tum*, Quod judicarent haut facile admittenda, nedum tam mordicus retinenda Theologiæ studiosis nonnulla novæ Physicæ placita; quæ cum physicâ Mosaicâ & sacra, juxta mentem omnium interpretum, Patrum, Scholasticorum, & recentiorum, (cujuscunque in Christianismo professionis) non satis conciliari possent.

*Postremò*, quod præviderent, immò ex parte jam didicissent, A-

cade-

cademiata hanc, ejusque studiosos Theologiæ destinatos de novitatibus & paradoxologiis suspectos fore: ita ut studiosorum Theologiæ ad eam confluentibus, aut eorum qui hic studia sua absolvissent promotioni impedimentum illatum iri, & consequenter fidelitatem suam accusandam non sine ratione metuerent, nisi maturè officio suo defungerentur.

Cùm ergo periculosa illæ studiosorum contentiones nec modum nec finem caperent, Medicusque mordicus sua defenderet, & cupidissimè, quàm privatim, quàm publicè spargeret, nec moderatioribus consiliis, per Theologos aliosque collegas, bono ipsius & publico suppeditatis, locum daret, decrevit Theologica facultas, saltem Theologiæ studiosos Medici Assedas, aut discipulos non tantum privatim & sigillatim monendos, sed & publicè corollariis ad ventilandum propositis; quibus specimen aliquod daretur tum periculi tum infirmitatis & vanitatis, quæ novis paradoxis subessent. Quod autem publicam disputationem paternis admonitionibus adjunxerint imò præmiserint, hæc præcipua ratio est, ne studiosi, ut sunt juvenilia ingenia & judicia, arbitrarentur se per Theologos solo autoritatis terribilitate ab admirandis speculationibus averti; quas Theologi ne per transfennam quidem, ut non nemo dictebat, unquam vidissent, Quasque adeo ex mero ac solo præjudicio dissuaderent, juxta vetus dictum: *Ars non habet inimicum, nisi ignorantem; Et Ignoti nulla cupido.*

Delecta autem sunt tria potissimum Corollaria, quæ propius ad monendos studiosos de non oppugnandâ temerè & indirectè Physicâ Sacra, Metaphysicâ, Pneumatologiâ & Theologiâ facere videbantur; annotatis nominibus *ἡθεολογιῶν* & periculorum scriptorum, qui præ aliis in quorundam studiosorum oculis & manibus tunc erant: idque ut tanto minùs nomen Medici, aut ἰατροῦ (quem opposites dixissent esse Medicum, uti postea nihilominus à Medici discipulis factum) ad Personales contentiones traheretur; sed potius de ipsâ repro more Academico disquireretur.

Erant autem Corollaria hunc in modum de verbo ad verbum concepta: quæ & hic inserimus.



## COROLLARIA

**Q**ua ad necessariam prae monitionem studiosorum Theologiae, praehabito iudicio & consensu facultatis Theologicae, serio & Scholasticè ventilanda proponimus 18. & rursus 24. Decemb. horis & loco solitis.

- I. *Assertio περὶ ἀθεολογίας* Taurelli (quem Atheum Medicum vocabant Theologi Heidelbergenses, in iudicio suo de Vorstii tractatu, de Deo; per scripto ad deputatos Synodi Hollandicae anno 1610.) in Triumpho Philosophiae, in prae missis axiom. D. 4. & D. 5. quam imprudentiâ juvenili ex illo adoptare voluit popularis noster David Gorlaeus, tunc temporis in Theologiam, cui studere cœperat, aut cuius studio destinatus erat, vertiginem patiens & vacillans, in Exercit. Philosoph. Exerc. 14. pag. 267. quâ statuitur; Hominem ex animâ & corpore compositum esse Ens & unum per accidens, non verò per se; incurrit in veritatem non tantum Physicam (quam, Physicis explicandam relinquimus) sed et Metaphysicam, pneumatologicam, & theologicam. Monemus Ergo studiosos nostros videant, ne uno absurdo temerè dato, multa alia sequantur, & error parvus in principio, fiat magnus in fine.
- II. *Rotatio Terra diurna & annua* (quam nostrâ aetate Keplerus, aliique nonnulli Mathematici ex oblivionis tenebris eruerunt) veritati divinæ sacris literis revelatæ directè et evidenter repugnat; nec convenit cum rationibus luminis Naturalis



turalis quas sana sobriaque Philosophia hæcenus affatim suggestit, dubia quedam, ut et conjecturæ partim incertæ partim absurde, quæ contra adferri solent, nullam solidam Philosophiam, in quâ, mens veritatis avida acquiescat; fundare queunt. Hæcenus ergo reverentia scripturæ, & rationis ac luminis naturalis præjudicata quadam, quietem terræ nobis relinquunt; saltem à contrarii assertionem avertant, moderatisque ingeniis suadeant ἐπίχρειν ac doctè ignorare.

III. Negativa Philosophia de substantialibus rerum formis earumque propriis ac specificis facultatibus, seu qualitibus activis, et consequenter specificis rerum et distinctis naturis (quæ Taurellus, Gorleus, et Bassonis in scenam nostrâ hæc atate reducere conati) non satis cum Physicâ Mosaicâ et sacrâ hæcenus conciliari posse videtur. Consulant studiosi nostri Daneum, Zanchium, Commentatores in Genesim; &c. scholasticos ad Lombardum et Thomam. Deinde; quicquid sit de summâ rei, quam Philosophorum disquisitioni relinquimus, hoc unum saltem hypomnema studiosis nostris subjicimus: Achillei istius argumenti, quo formas explodere conantur, consequentiam suspectam habeant; quæ hæc est: Negatur Essentia et Existentia formarum, quia earum origo seu modus originis incertus est, aut explicari non potest, sic ut patroni formarum et sibi et aliis in eo satisfaciant. Hoc periculoso axiomate semel hausso, proclive erit vanitati, scepticismo, et petulantia humani ingenii disputare, non dari animam rationalem, nec generationem et conceptionem hominis in utero matris, nec ventum, nec lumen, nec processionem divinarum personarum, nec assumptionem carnis, et unionem hypostaticam in Christo, nec peccatum originale nec miracula, nec prophetias, nec illapsus

*Dei in mentem et voluntatem hominis, nec regenerationem hominis per gratiam Dei, nec Emergemata demonum intra corpus hominis, aut circa ejus mentem, &c. quod modus originis istorum, teste experientiâ, et scripturâ de nonnullis (Psal: 139. Eccles. 1. Io. 3. etc.) sic explicari nequeat, ut doctissimi non cogantur doctam ignorantiam profiteri, et mentes eorum quiescere si non evidentia veritatis inspecta, saltem abitudine veritatis occulte.*

Medicus nescio quo indicio, aut conjecturâ odoratus disputationi Theologicæ de Jubilæo nunc propemodum excusæ corollaria nonnulla subjienda, quæ ipsius paradoxa tangerent, omnimodo per suos inquisivit in Typographeio in dicta Corollaria; prætereaquerelis, ac cursitationibus nullum non lapidem movit, ut disputationem (saltem quoad Corollaria) impediret. Eaq; ab eo factitata privatâ autoritate; consilio suo, nec cum Theologo Academiae Rectore & disputationis præside, nec cum Senatu Academico, nec cum facultate Theologicâ (quos hoc negotium tangebatur) prius communicato. Quæ autoritas ab illo usurpata, nunquam tamen in ipsius paradoxas disputationes à Rectore aut Senatu Academico exercita, non poterat non Professoribus graviter displicere.

Tantum vero Medicus effecit, ut scheda continens Corollaria ad alterum ex Nobiliss. & Ampliss. D. D. Coss. à Typographo sit delata: qui lectis corollariis intercessit apud Theologum, ut in gratiam Medici, re ipsâ manente, modus & forma proponendi paululum mutaretur; utpote cujus spem & existimationem putabat hac ratione, imprimis præscripto Corollariis titulo facultatis Theologicæ, planè supplantatum & ad incitas redactum iri.

Addebat Ampliss. D. cos. se Medicum seridè monuisse de hac temeritate. Insuper spondebat eum post hâc cautiorem fore, seque effecturum, ut in posterum intra terminos suos se continendo à talibus paradoxis abstineret, quin & die proximo Facultatem Theologicam

logicam accederet, eique coram in omnibus satisfaceret. Atque hæc acta 16. Decemb.

Theologus Ampliff. D. Cof. (cujus meritis in Academiam, & in se nihil non dandum putabat) operam suam pollicitus, postridie 17. Decemb. ad octavam conventu facultatis indicto, postulatam Ampliff. D. Consulis, & promissum nomine medici præstitum, ibidem exposuit.

Stuit se in eodem conventu sub horam nonam Medicus, ac testatus se ignorasse assertiones suas ( quibus corollaria erant opposita, & nominatim de unione animæ & corporis humani ) Theologiam tangere, aut periculosas esse; pollicitus est se nolle Theologiam vel minimum lædere, aut in eam incidere.

Theologi amicè eum hortati sunt, ut à periculosis & litigiosis illis Paradoxis Academiam turbaturis abstineret, ac potius spartam suam sedulo & fideliter ornaret. Obtulerunt porò, ut indicaret, quæ verba in corollariis (quorum proba, uti vocant, à Typographo exhibita, ad manum erat) mutari aut induci vellet: quo facto, plura ipsi induxerunt, quam designarat. Testati se omnia in ipsius gratiam facturos, modo securitati juventutis fidei suæ commissæ, & Theologiæ ac conscientiæ suæ cautum esset. Petiit insuper Medicus consilium à Theologis, an satius esset disputationem, quam secundum Ordinem Collegii paratam habebat, proponere ante ferias; an vero differere, atque ad tempus à disputationibus abstinere, donec recenti perturbatione paulatim evanescente, occasio & rerum vires aliud ferrent.

Ipsè satis ostendebat hoc sibi non inconsultum videri, si quidem Theologi ita suaderent: quod factum.

Hæc ita acta Ampliff. D. Cof. illicò relata sunt à theologo Academiae Rectore & disput. præside, qui respondebat sibi omnia per placere.

## COROLLARIA,

Mutata, & 18. Decembris publicâ disputatione ventilata sic se habebant.

## I.

**A**SSERTIO παραδοξολογία Taurelli in Triumpho philosophiæ, in præmissis axiom. D. 4. & D. 5. quam ex iis adoptare voluit David Gorleus in Exercit. Philosophicis Exerc. 14. p. 267. quâ statuitur, hominem ex animâ & corpore compositum esse ens & unum per accidens, non vero per se: absurda est & multis modis impingit.

## II.

Rotatio terræ diurna & annua (quam nostra ætate Keplerus, aliique nonnulli Mathematici ex oblivionis tenebris eruerunt) veritati divine sacris literis revelatæ directè & evidenter repugnat; nec convenit cum rationibus luminis naturalis, quas philosophia hætenus affatim suggestit. Dubia quedam, ut & conjecture partim incertæ partim absurde, quæ contra afferri solent, nullam solidam philosophiam, in quâ mens veritatis avida acquiescat, fundare queunt.

## III.

Negativa philosophia de substantialibus rerum formis earumque propriis ac specificis facultatibus, seu qualitatibus activis, & consequenter specificis rerum & distinctis naturis [quam Taurellus, Gorleus, Bassonius in scenam nostrâ hæc ætate reducere conati] non satis cum physicâ Mesaiçâ & sacrâ hætenus nobis conciliari posse videtur. Consulant studiosi nostri Daneum, Zanchium, commentatores in Genesin, &c. Scholasticos ad Lombardum & Thomam. Deinde quidquid sit de summâ rei, quam philosophorum disquisitioni relinquimus, hoc unum saltem hypomena studiosis nostris subjicimus: Achillei argumenti istius, quo formas explorare conantur, consequentiam suspectam habeant; quæ hæc est, negatur essentia

*essentia & existentia formarum, quia earum origo, seu modus originis incertus est aut explicari non potest, sic ut patroni formarum & sibi & aliis in eo satisfaciant. Hoc periculoso axiomate semel hausto proclive erit vanitati, scepticismo & petulantiae humani ingenii, disputare, non dari animam rationalem, nec generationem & conceptionem hominis in utero matris, nec ventum, nec lumen, nec processione[m] divinarum personarum, nec assumptionem carnis & unionem hypostaticam in Christo, nec peccatum originale, nec miracula, nec prophetias, nec illapsus Dei in mentem & voluntatem hominis, nec regenerationem hominis per gratiam Dei, nec energemata demonum intra corpus hominis aut circa ejus mentem, &c. quod modus originis istorum teste experientia, & scriptura de nonnullis (Psal. 139. Eccles. 1. Iohan 3. &c.) sic explicari nequeat, ut doctissimi non cogantur doctam ignorantiam profiteri, & mentes eorum quiescere, si non evidentia veritatis inspecta, saltem altitudine veritatis occulte.*

## Epimetra Respondentis pro philosophiâ Theologiæ ancillante.

1. **A**mbiguum admodum est dicere: Mechanicam esse fundamentum physicæ. Si quis explicet de physicâ mundi cœlestis, putamus esse absurdum; si verò intelligatur universam rerum naturam & opificium Dei mensurandum & exigendum esse ad opera artis humanæ, aut ad libellam Archimedis & Virtuvii, putamus esse Pythagoricum & sine rationibus dictatum; ex solo illo principio deductum, *ἀντὶ ἐφα.*
2. Periculosè à Scholasticis plerisque disputatur, creaturam aliquam posse esse æternam ab ante.

D

3. Non

3. Non datur anima mundi Platonica, sive quæcunque alia substantia incorporea viva & vivifica; nec coeli sunt animati.
4. Plures mundos, & Galilei mundum in lunâ, ad petulantium ingeniorum lusus relegamus.
5. Mentem humanam Platonis, quæ sit homo, & quæ inhabitet *σῶμα* tanquam *σῆμα*, fere comparandam putamus cum duplici homine Paracelsi.
6. Universalis omnium hominum intellectus Averrois, nec cum philosophiâ, nec cum Deo ipsius Aristotele, nec cum prophetâ ipsius Mahumedo, aut Mahumedisticâ religione convenit.
7. Si detur dæmonem aut angelum animalia sive perfecta sive imperfecta producere, an illa ab aliis animalibus toto genere seu essentiâ distinguerentur tanquam supernaturalia: Negatur.

In hac disputatione duo opposuerunt. Prior, Theologiæ studiosus semihorulam circiter occupavit: reliquum tempus à semidecimâ ultra undecimam Philosophiæ & Medicinæ studiosus, Philosophiæ novæ Hyperaspistes. Quæ materia fuit opponentis posterioris, & quomodo illi responsum, docet diatribæ seu appendix ad tria Corollaria 23. & 24. Decemb. ad disputandum denuo proposita, moxque subjicienda. Diatribæ verò istius præfatio indicat, quâ occasione Theologus extra limites suos, quos ante sibi circumscripterat, progressus, aut potius protractus sit: ne *ἄεργος* circa philosophicam palæstram cuiquam suspectus esset. Opponens enim à Medico, uti putabatur, subornatus, primo argumento, seu majori proloquio oppositionem suam finire debuisset, depulsi quippe à primâ intentione ostendebat se paratam accessisse, ad rationes promendas atque urgendas, quibus formæ refutarentur. Ut ergo & honori oppositionis & intentæ frequentissimi Auditorij expectatio.

etationi consuleretur, noluit Theologus, cum posset, illam disputandi occasionem & campum præcludere, sed tentaminis & exercitii causa permisit opponenti contra formas substantiales opponere: præmissâ tamen protestatione, ad se propriè defensionem formarum cum appendicibus non pertinere, nec eam corollario suo intendisse, sed tantùm examen hypotheseos cujusdam, quæ in disputatione de formis perperam & vulgo assumi solet; uti ex expressis Corollarii verbis pateret, ad quorum inspectionem provocabat.

Prima autem intentio seu oppositio opponentis probabat, Corollarium malè & frustra institutum esse, quod ipsi (sc. opponens cum suis ἑμμελήφους) & ipsorum Philosophia, argumento desumpto à formarum ignoratâ aut non explicatâ origine eas non refutarent, sed aliis argumentis.

Respondens cum Præside animadvertens sibi haut obscurè coram tanto auditorio, in quo complures Professores, & in iis Medicus erant, cavillationem aut calumniam impingi, responderunt se propriè non scire, nec curare, quæ opponentis, & eorum, qui cum ipso facerent, Philosophemata essent, & quibus argumentis ipsi uterentur: sed certò se scire autores à se nominatos Taurellum sc: Bassonem, Gorlæum hoc argumento uti, illiusque consequentiam tanquam periculosam hâc ventilandam proponi.

Quo responso cum avertissent intentionem opponentis, adjecterunt ex abundantî, nihil notius esse, quàm in aliis, & præsertim in hac Academiâ, argumento hoc ad fastidium usque resonare disputationes Philosophicas, iisque formas unicè oppugnari à formarum insectatoribus.

Priori hac oppositione finitâ seu præcisâ, ventum est ad posteriorem de ipsis formis substantialibus, quam Theologus unâ cum præmonitis quibusdam, titulo appendicis ad corollaria, ex postulato studiosorum & de consilio nonnullorum ex collegis, typis describendam dedit, & biduanâ disputatione examinandam proposuit: ut tantò melius juniores (qui omnia coram in disputatione dicta aut dicenda ex tempore vix ita caperent, aut si caperent, vix retinerent) de certitudine & robore novæ præsumptæ philosophiæ, deque periculosis ejusdem consequentiis in Theologiâ judicarent. A P.

## APPENDIX

Ad Corollaria Theologico-Philosophica  
nuperæ disputationi

DE

## IVBILEO ROMANO

*Subiecta, quam συνθεσῆς, sub Præsidio*

D. GISBERTI VOETII Theologiæ Doctoris & Professoris in Inclytâ Acad: Ultrajectinâ,

*Omnibus quibus id visum fuerit, imprimis etiam ingeniosiss. ac doctiss. Medicinæ & Philosophiæ studiosis ventilandam proponit,*

LAMBERTUS vanden WATERLAET Gemerthanus.

*Die 23. & 24. Decembris horâ nonâ.*

P R A E F A T I V N C V L A

Ad doctiss. expertiss. Medicinæ & Philosophiæ  
Professores Academicos, reliquosque in hâc inclytâ  
Republ. Ultrajectinâ Medicos, & Philosophos.



*Iri Clarissimi, factum est in nuperâ disputatione nostra, ut doctiss. & ornatiss. D. opponens, qui vestro & omnium auditorum iudicio in palæstrâ Medicâ & philosophica nunquam non omne punctum tulit, mihi ab initio nihil tale ad evitandam πολυαεγμοσύνης suspicionem cogitanti, gratissimam occasionem daret*

in.



in capitalem questionem de formis substantialibus  
 excurrendi; quam alioquin ad vestrum forum ablegaram:  
 quod libens faterer vestram esse philosophiam (nomi-  
 natim, physicam) ἡ φυσικὴ καὶ φιλοσοφία; Theologos necessario  
 ἡ θεολογία & sobrio usu ut plurimum posse esse contentos. Hec quia  
 bonâ cum venia vestra ita evenere, non potui non telam  
 exorsam pertexere & paulò latiore disputandi campum  
 Gymnastis nostris aperire, indicatis rationibus, dubiis,  
 & hypothesibus nonnullis, quæ hæcenus à fastidiosa for-  
 marum cum suis appendicibus, negatione, quaecunque ju-  
 dicio meum abduxerunt. Non statui falcem immit-  
 tere in vestram messem, aut carpere moderatam ac phi-  
 sophicam libertatem de questionibus ejusmodi accuratius,  
 ac vulgò fieri solet, disquirendi; quam vos admittitis,  
 modò summa rei, & tota schola philosophica non tolla-  
 tur: Hoc tantum ago, ut ostendam me quaecunque potui,  
 vestra & vestri ordinis prædecessorum ingeniosè inven-  
 ta, solerter observata, subtiliter dijudicata, rationibus  
 suffulta libenter pro modulo meo ac ratione temporis &  
 didicisse hæcenus, & etiamnum subinde discere νεώτερον  
 τὰ εἰς ποῦνὰ διδάσκόμενον; atque ita vobis sapientiæ natu-  
 ralis mystis jure meritoque applaudere velle; ubi vero  
 non datur ultra prodire, vobiscum in docta ignorantia  
 acquiescere. Addere quidem possem, me nihil ἀτίμητον com-  
 missu-

*missurum, si adolescentes vix elementis philosophiæ imbutos hac ratione moneam, ne tam facile absque evidenti & validâ demonstrationum evictione, omnem scholarum philosophiam exsibilent, antequam terminos ejus intellexerint: atque ita, ubi ad studia facultatum superiorum se applicuerint necessario præsidio destituti, cogantur autores omnes sine fructu legere, lectiones et disputationes tanquam κῶφα πρῶτα, aut statuae Dedalæ audire; quippe incocta condimentis ignotæ ipsis philosophiæ. Sed præstat nunc manum de tabulâ. Suffecerit, ad commune veritatis depositum, in quo et vestræ & omnes aliæ disciplinæ communi vinculo cum Theologiâ sociatæ conspiciant, hoc qualecunque areolum nostrum contulisse. Valet et de Academiâ, quod facitis, bene mereri pergite.*

## De rerum naturis & formis substantialibus.

### THESIS I.



**N**on ingerimus hæc studiosis, ut omnes nunc stante pede formas cum appendicibus suis necessariò credant, aut pro iis mordicus contendant: sed ut saltem tantisper ἐπέχῃσι à peremptoriâ sententiâ ejusque executione, quâ misera & innoxia entia de antiquâ suâ possessione deturbentur; donec scholarum philosophiam, nominatim logicam, metaphysicam, physicam, sinò  
accu-

accuratissimè, saltem mediocriter perdidicerint, & paucula hæc, quæ subjicimus hypomnemata solidè determinata, inque iis sibi satisfactum viderint. Utcumque tandem judicârint, operam non luserimus, si eos à feroce contemptu & fugâ studii philosophici, insuper ab idioticâ, rusticâ & superbâ ignorantia interea temporis revocaverimus; ut saltem de iis alicubi dissentientibus aliquando dici possit illud jactatum apud Arabes: *Sapiens cum errat, errore erudito errat.* Sunt autem hypomnemata nostra triplicia, 1. Præjudicia & dubia quædam, quæ disceptantibus suggero. 2. Rationes pro formis, quæ perspicuè solvendæ. 3. Rationes contra formas & pro Vicariis illis accidentibus, quas recentiores quidam formis substitutas velint, quæ convenienter cum principiis, hypothésibus, & consecrariis suis defendendæ.

## II.

Primi generis hypomnemata sunt 1. Considerent, an sibi satisfaciunt in conciliatione hujus opinionis cum sacrâ scripturâ. Verura enim verò consonat; Et millies doctam ignorantiam profitebuntur philosophi Christiani, quàm ut vel minimâ specie præjudicium, adferant veritati divinæ. Vide Genes. 1. 11. 21. 22. 24. 25. Proverb. 30. 24. 25. 26. 26. 25. Ubi permanentes naturas, facultates, & species rerum distinctas innui putamus. 11. Videndum, an non ab opinione negante, saltem facilior quàm ab affirmante esset prolapsus in dubitationem; An ullæ sint formæ substantiales, quæ corpus hominis actuent, & unum compositum cum eo constituât? Quod si quis hoc neget, & Galeni *κράσιον*, aut particulam divinæ auræ seu animæ mundi, aut universalem intellectum Averrois, aut Platonis mentem, tanquam *πυρρόριον* genium in ergasterium corporis detrusum eique alligatum, ut Prometheus Caucaso, si quis dicat tale quid substituat; quibus rationibus illum feliciter & tutius retunderes, quàm assertores formarum. 111. Videndum, quomodo stante hac opinione, commodè explicari ac defendi possit distinctio inter entitatem substantiæ & accidentis. Nulla enim, juxta ipsos, haberi posset differentia substantialis inter lupum, ovem, balenam, elephantem,

tem, serpētem, lapidem, arborem, napellum, aconitum, triticum, so-  
 lem, lunam, terrā, adde & horologium, ligneum equum Trojanum,  
 Phalaridis bovem aeneum, volantem columbam Archytæ, caput æ-  
 neum Sylvestri Papæ, statuam loquentem Alberti M. domum, sel-  
 lam, vestem &c. Sed regerent forte substantias illas essentialiter dif-  
 ferre per quinque illa accidentia motum, quietem, posituram, figu-  
 ram, quantitatem. Resp. Dato hoc ita esse (de quo nunc non dispu-  
 tamus) difficultas tamen hoc effugio non tollitur. Manet nihilomi-  
 nus: Substantias à substantiis aliter non distingui, quàm accidentiā à  
 substantiis, & accidentia inter se; illa enim & ista accidentibus di-  
 stinguuntur. **IV.** Videndum an non hinc proclivior prolapsus, cum  
 quis rationibus & consequentiis urgetur, in absurdam hanc opinio-  
 nem: Non dari causas secundas propria causalitate præditas, sed  
 tantum causam primam ac universalem agere ad præsentiam & di-  
 spositionē causarum secundarum. Absurdum hujus opinionis vi-  
 de demonstratum à Scholasticis, & recentioribus metaphysicis ac  
 theologis, in loco de Providentiā, de concursu Dei cum creaturis.  
 Consequentia, quibus urgeri possent, sunt istæ. 1. Non dari Dei  
 concursum, nec motionē primi motoris accommodatam ad natu-  
 ras & proprietates causarum secundarum, sive illæ necessariae sint, si-  
 ve contingentes. 2. Non esse in substantiis creatis motorem intrinse-  
 cum, & principium substantiale motus internum ac proprium: nam  
 dispositio mobilis ad motum à quantitate, figurā, positurā non est  
 activitas aut causalitas causæ efficientis, sed tantum conditio requi-  
 sita & causa sine quā non. 3. consequenter, cum nullum mobile po-  
 tentiā possit se actu movere aut ad motum determinare; relinquitur  
 quærēdus aliquis motor externus, qui potentiam deducat in actum.  
 Quem autem hic dabunt? animam mundi Platonico-Virgilianam;  
 aut intelligentias, aut Deum, aut atomos, aut globulos cœlestes. Ali-  
 quid hic dicendum erit. **V.** Videndum ne negatio qualitarum pro-  
 priarum, quæ internè emanant ex formā & substantiā rei (quarum  
 negatio ad formarum negationem sequitur, haut aliter ac vara vi-  
 biam trahit) in hæc absurda nos adigat. 1. Substantias  
 creatas esse immediatum suæ operationis principium; cum  
 nullæ

„ nullæ sint qualitates activæ, quibus mediantebus operantur sub-  
 „ stantiæ: quod vide excussum à metaphysicis, & Theologis, cum  
 agunt de simplicitate Dei, deque distinctione attributorum divino-  
 rum. 2. Nullas esse omnino qualitates, ut nec secundæ, aut tertiæ  
 ita, nec primæ speciei; hoc est, nullos esse habitus: contra com-  
 munem Philosophorum & Theologorum scholam. Velim videre  
 quomodo ii, qui negant facultates seu potentias naturales; contra  
 Atheos, Scepticos, infideles, vindicaturi sint habitus (quorum ne-  
 cessitatem scriptura & ratio suadet) ne pariter in pentagonum illud  
 ergasterium Motus, quietis, quantitatis, posituræ, figuræ compin-  
 gantur. VI. Ex hac opinione sequitur, nullas dari definitiones sub-  
 stantiarum: cum non dentur formæ, aut propria prima & interna  
 essentialia, unde differentia desumi possit. Quod quam sapiat logi-  
 corum filiis cujuscunque sectæ, omnibusque ingeniis actoamicis,  
 & quarumcumq; disciplinarum professoribus, ipsi viderint. VII. Se-  
 „ quitur & hoc absurdum: Omnes substantias creatas, ipsum etiam  
 „ hominem (& quid ni angelos & animas separatas?) esse entia per  
 „ accidens, collectiva, aggregata: nõ vero essentias seu naturas unas  
 „ per se. Ita ut nulla essentia videatur esse per se; nisi forte atomi, aut  
 globuli ætherii, aut particule insensibiles, aut ideæ Platonica (quas  
 ille vocabat *ἀυλοειδῶσπον*, *ἀυλοειρων* &c.) aut chimææ bombinan-  
 tes in vacuo &c. Hominem autem debere dici ens & unum per  
 se, infra docebimus. VIII. Sequeretur facultates proprias, & in-  
 trinsecas earumq; principia in animalib. alterius generis nulla esse,  
 quã in automatis, aut statuis Dedaleis; & consequenter opificia Dei  
 & naturę per creationem aut generationem producta, essentialiter  
 & univoce eadem esse cum operibus artis: quod quomodo cum Pl.  
 104. 29. & 7. 14. 15. Num. 16. 22. & 27. 16. Hebr. 11. 9. 10. Habac. 2.  
 19 satis conveniat, fateor me nondum videre. IX. Sequeretur  
 nullã esse generationem aut corruptionem rerum naturalium. Sed  
 de hoc Theſi 4. X. Cum quantitati & figuræ tribuitur efficientia &  
 motus, qui formis earumque qualitatibus activis tribui solet; viden-  
 dum ne aliquando adolescentes imprudenter per consequentiã ad-  
 mittant axioma illud Magicum ab omni theologia & philosophiã

„ Christiana hæcenus rejectum: Quantitatis & figuræ aliqua est ef-  
 „ ficacia, eaque aut per se aut cum aliis concurret tanquam activum  
 „ transmutationis principium. XI. Dubium hoc solvendum: Quo-  
 modo non sit processus in infinitum, aut circularis demonstratio fere  
 similis demonstrationi quam præterdit decantata fides carbonaria  
 Pontificiorum? Ut tantundem faciat ac illud: Quare movetur ex gra-  
 terra, Resp: quia sic movent ejus situs, positura, figura: & quare illa  
 ita movent, & unde hoc est; an ab atomis, an à globulis ætheris &c.  
 Quod si ais: rursus quæro, mundus ille atomorum, aut globulo-  
 rum, quomodo movetur, & quare? Tantundem auferes; itque re-  
 ditque viam. XII. Opprobrium de hæc opinione quasi omnisciã  
 „ tollendum, quod illi imponitur: Quod multo minus quàm sen-  
 „ tentia opposita, immo nihil explicet aut solidè demonstrat in-  
 naturæ arcanis. In genere quidem & indefinitè dicit esse effectus  
 naturales à quinquercione illo accidentium, quod Chorebus quis-  
 que uniusatque alterius horulæ spatio doceri posset: sed nec in spe-  
 cie nec in individuo determinatè explicat aut probat, de rebus &  
 motibus cœlestibus, de iis quæ in visceribus terræ, in fundo maris,  
 in internis corporum motibus, de iis, inquam, quæ hæcenus alios  
 naturæ indagatores latuerunt. Sed de hoc sequenti Thesi 4.

## III.

Rationes, quæ à formarum assertoribus adferri solent primum  
 pernoscendæ, deinde perspicuè & solidè solvendæ. Hunc in finem  
 accuratè legendus est junioribus aliquis ex recentioribus disputato-  
 ribus physicis aut metaphysicis; quales Zwarez, Pererius, Ruvius,  
 Toletus, Conimbricenses, Complutenses, Ariaga, Mendoza, &c.  
 Ex omnibus plenissimè & subtilissimè hanc causam agit Zwarez.  
 Nos in præsentiarum has tres rationes defendemus. *Prima* ratio  
 sumpta est ab actionibus propriis rerum naturalium; quæ proman-  
 nant quæque ex suis distinctis perfectionibus & qualitatibus: Illæ  
 autem perfectiones aliquam naturam substantiamque perficiunt.  
 Hinc infertur in quolibet composito dari principium unum & ra-  
 dicem

dicem omnium potentiarum & operationum : quod non est materia, (quæ communis ; ) nec accidentia, quæ non possunt esse ultimum principium ; relinquatur ergo, nihil aliud esse quam formam. *Secunda ratio* : Datur aliqua prima radix, primusque conceptus cujusque entitatis, ex. gr. humanitatis, equinitatis &c. quæ constituat rem in proprio esse & ab aliis essentialiter distinguat : Atqui illa non est materia, quippe communis ; nec accidentia aliqua, quia non possunt componere aut constituere substantiam, eique dare entitatem : Ergo est illud quod formam, *ἴδιον*, τὸ ἴδιον εἶναι, ἐνπερίχειαν, perfecti habeam, naturam καὶ ἐξουσίαν (quippe actuantem & informantem materiam & cum eâ constituentem, compositum) appellamus. *Tertia ratio* : Ex corruptione substantiali hoc colligimus. Aufertur essentia hominis, equi, canis &c. ita ut secundum scripturam & naturalem rationem dicantur non esse. Sed hic materia, non desit esse, quippe ingenerabilis & incorruptibilis : ergo forma ; quo factum ut dissolveretur compositum, & fieret *non ens*, hoc scilicet, puta, equus, canis &c. Quod si quis dicat per interitum, solam fieri accidentium mutationem : regerimus, tum hominem, leonem, canem &c. mortuum, accidentaliter differre & non substantialiter à vivo ; non magis quam Socrates ægrotus differt à sano, sedens à stante, doctus ab indocto, senex à puero. Alias objectiones, quas *Bafsoni*, lib. 3. opponit coram, in disputatione diluemus.

## IV.

Rationes, quæ contra formas adduci solent, philosophicè ita demonstrantur necesse est, ut intellectum veritatis avidum cogant, & quiescere faciant. Quod hactenus nequaquam factum, nos nunc pro virili defendemus. I. Ratio, & quidem palmaria ac Achillea est ; quia ortus, seu modus originis formarum non potest explicari, aut ita demonstrari, ut difficultas nulla superfit. Resp. responsionem nostram ad hujus argumenti majorem ejusque consequentiam, quæ in corollario innuimus, non repeto, sed rursus defendendâ sumo: ad-



ditâ hæc cautelâ, si adolentes imprudentiores illâ chordâ oberrare non desinant, & tam ruinoso, ac putrido tibicine subversione & subannationem totius sanæ sobriæque philosophiæ fulcire; eo tandem per solidas consequentias adigendos esse, ut fiant aut bestiarum aut athei. Sed vide corollarium nostrum. Fuisse autem hoc negantis sententiæ argumentum Achilleum, constat ex Gorleo Exercit. 14 p. 267. & Bassone lib. 1. Intent. 3. & 4. ubi ex hoc argumento præmissis concludit p. 159. lineâ 3. & p. 161. coll. cum in. dice, in voce *formâ*, nullas esse formas substantivas; & antiquos facile potuisse ostendere, quomodo, à quo, & ex quo fiant formæ: dixerunt enim animam formamque; cuiusque rei esse instrumentum, & consistere in certâ rei partium compositione & proportione. Porro de difficultatibus & multiplici disquisitione Philosophorum, ut explicent modum originis formarum, consulendi præter Bassonem lib. 3. loc. cit. imprimis Sennertus Hypomnem. physicor. 1. cap. 3. & Zwarez disp. metaph. 15. *Secunda ratio est*, quam innuit Gorleus: Entia non esse multiplicanda absque necessitate, cum effectus rerum naturalium per alia principia sufficienter explicari, & ad ea reduci possint. Sed principia illa non uno modo explicantur. Aliter enim veteres, quos laudat Bassonis & refutat Aristoteles lib. 2. *Axiomas*. aliter recentiores: quamvis pleræque sententiæ in uno aliquo communi conveniant, quo negato aut refutato, & ipsæ concidunt. Nos rancidas & explosas jam pridem tum veterum tum recentium Paracelsitarum, Hermeticorum (quam frustra Dornavius cum sacris literis conciliare conatus est) nunc non refodiemus: sed solummodo demonstrari petimus eam, quæ hodie aut heri emerit statuentem à quantitate, figurâ, situ seu positurâ, motu, quiete, omnia derivari, omniaque arcana naturæ optimè per ea explicari ac demonstrari posse: quod nos negamus. Rationes adferuntur istæ. *Prima*, ut horologium movetur solâ dispositione partium suarum, per quantitatem, figuram &c. sic & res naturales: Sed verum prius; Ergo & posterius. Negavimus majorem & minorem. Ad probationem minoris atque alias insuper instantias diximus, horologium bene dispositum & aptatum, actu tamen non moveri sine externo



movente, manu scil. hominis, aut vicariâ ejus, ponderis depressio-  
 ne ac tractione: quomodo clavicimbalum, cythara, testudo opti-  
 mē ad cantum disposita & aptata, actu non canit sine accedente ex-  
 terno motore, manu scil. artificis; ut & molē optimē disposita actu  
 non molunt sine externo impulsu aut tractione aquæ, venti, equi  
 aut alini &c. Addimus nunc hydraulica organa aut clavicimbala  
 sine motu aut pulsu aquæ in tubulis subterraneis actu non sonare;  
 nec tamen aquam illam dici posse partem organi; nedum moto-  
 rem ejus internum. *Secunda ratio*; Quia cor animalis movetur so-  
 lâ dispositione partium. R. moveri ab animâ seu formâ informante,  
 mediantibus qualitatibus tanquam principiis quo aliisque instru-  
 mentis ad motum animale requisitis *Instantia*: atqui potest im-  
 minui cordis motus, immo plane cessare aut tolli, etiam vivente  
 animali; ergo non est ab animâ: siquidem enim ab animâ esset, uti-  
 que præsentē animâ illâ, præsens esset motus. Resp. Negatur  
 majoris consequentia. Ratiocinatio est ab animâ rationali; & ta-  
 men ab infante recens nato abest illa, quamvis non absit anima ra-  
 tionalis. Sic dato motum cordis cessare in vivente animali, non ta-  
 men inde sequitur, animam seu formam non esse principium illius  
 motus. Quod enim motus aut imminuitur aut cessât, illud est ab  
 organis & ab impeditâ facultate. *Instantia 2.* Si forma illa esset  
 principium motus, & uteretur ad illud qualitatibus & instrumen-  
 tis, tum sequeretur formam illam uti ratione seu ratiocinari Resp.  
 Neg. consequentia: quia formæ per facultates naturales operan-  
 tur sine ratiocinatione; sic animalia instinctu naturali, immo & ve-  
 getabilia noxia fugiunt, convenientia sibi prosequuntur; sic ex. gr.  
 hirundo absq; usu rationis chelidoniâ adhibitâ sanat oculos pullo-  
 rum, & stomachus noster, jecur &c. concoquunt, nec sunt subjecta  
 directioni rationis. Addimus lapidem cadere deorsum, astra oriti,  
 omnia denique naturalia motus suos peragere absque ratione: sic e-  
 nim creata sunt à Deo, & secundum impressas sibi facultates ad fi-  
 nes suos tendunt, haut aliter ac sagitta ad scopum. Vide Metaphy-  
 sicos disputantes de causâ finali. Ad minorem syllogismi responsum  
 est; De imminutione motus cordis concedi, eam accidere; sed tum

nullam speciem consequentiæ esse, siquidem imminutus motus etiam sit motus. Totalem cessationem motus non concedi, sed deferri hoc ad experientiam Medicorum. Quis autem hoc expertus sit, non patere: Et quid? si quis nullum ejus motum aliquando extrinsecus percipiat, ideo non est dicendum, nullum intus aut exterius esse motum, Facile enim regeri posse, motum esse insensibilem, prout de systole in pulsu quidam statuunt. Atque hæc quidem rationes hætenus ventilatæ. Eadem ut de novo tantò meliùs urgeantur, & aliæ deinceps adjiciantur, appendicem hanc conscripsimus.

## V.

Confectarii loco adjicimus aliquid de qualitatibus omnibus occultis: Non esse temere rejiciendam sententiam philosophorum & medicorum. I. *Quia* meliùs convenit cum doctâ ignorantia (de quâ aliquando, si Deus volet, ex professò agemus;) quàm sententia opposita, quæ pansophiam, & quidem absque difficultate, spirare & promittere videtur: Quod non potest non esse suspectum. Videantur interim dicta scripturæ Jobi 38. & 39. & 40. & 42. Eccles. 1. Ps. 92. II. *Quia* occultæ qualitates, quas sagaces naturæ indagatores ipsis objecerunt explicandas, nondum ab illis explicatæ sunt. Vide quæso Sennertum de consensu Chymicor. cum Aristotel. c. 8. imprimis Hypomnem. Phys. 2. Et si quas tentent explicare (quod tamen rarò fit) *rationes adferunt ineptas & ridiculas, aut ea negant quæ etiam experientiâ confirmata sunt*, ut ibid. loquitur eruditissimus Sennertus. Quamvis autem nostri fori propriè non sint; tamen quia sÿrma consequentiarum nimis dilatant ad explosionem totius Philosophiæ: nos pro modulo & exercitii gratiâ nunc defendemus, venena, hydrophobiam, pestis contagium, immo ne magnetem quidem ab ipsis explicari posse per motum, quietem, situm, quantitatem, figuram.

Probl. Cur homines quidam præsentia felium (quam ipsi ignorant) ita afficiantur, ut pene syncopen patientur; alii, si incisi particula casei vescantur, ita commoveantur, ut inde nonnunquam gravem & periculosum morbum sibi contrahant?

Addi-

## VI.

Addimus verbulum de omni motu locali circulari, de agitatione partium insensibilium, de globulis ætheriis, de crassiori mundi parte in variarum figurarum particulas distributâ, quæ à subtilioribus elementis circumrapiatur in gyrum & in cometarum ac planetarum globos variè pro partium suarum diversitate à sole distantes, compingatur; & si quæ similia: posse ea audiri tanquam ingeniosas conjecturas, aut nova inventa; non autem recipi pro solidâ & probatâ philosophiâ. ut ita instar Glauci Honorici temere mutemus *χρόστα χαλκείον*, nisi ab autore Dioptræ Gallicæ, qui novam philosophiam promittere videtur, aut quibuscumque aliis *ἀνδρασι δόξαν* longè evidentius demonstrantur, quàm formæ, & facultates rerum tum manifestæ tum occultæ aliaque scholarum philosophemata hæctenus à patronis suis demonstrata sunt. Meminerint autem *φιλομαθεῖς* hanc demonstrationem fieri debere aut sensui nostro per *διακλυθεῖν*, aut rationi per solidas argumentationes: quas paulò evidentiores esse velimus, quàm illa, quibus Renatus de Carres in Metho. sua pag. 34. 35. 36. demonstrat esse Deum: *Cogito, inquit, ergo sum.* &c. De quo ex professo erudit. Merseus aliaque Parisienses tract. nuper edito: & nos forte aliàs.

## VII.

In Corollar. 1. dixeram opinionem Taurelli & Gorlei de homine ente per accidens, multis modis impingere. Argumentum, quo moventur tale est: Duo entia seu substantiæ completæ faciunt unum per accidens, & non per se: sed corpus & anima hominis sunt duæ substantiæ completæ; Ergo. Resp. Major non est universaliter vera; & minor negatur. Quod coram in ipsa disputatione ut pluribus & usque ad extremum ventilatur, cursim nunc indicamus istas hypotheses 1. Hominem esse speciem substantiæ & animalis unam, in unam essentiam seu naturam ex animâ & corpore creatam, innui putamus Gen. 2. vers. 7. 1 Cor. 15. 45. coll. cum Genes. 1. 26. 27. 11. Christus *θεός ὁρθωτός* (in quo duæ naturæ seu substantiæ completæ) est unum per se

& non per accidens : facta est enim unio naturarum in unum suppositum *συνδωσ*. Vide Theologos de personâ Christi. Multo magis ergo substantialiter & per se facta est unio inter animam & corpus hominis ; quippe quæ tam longè non distant, nec tam sunt completæ substantiæ, ac divinitas & humanitas. III. Christi humana natura vera non esset magis substantia una per se, quam eadem mortua ; nec in vivente magis fuisset substantialis unio animæ & corporis, quam in mortuo : quod videtur absurdum. IV. Subjectum adæquatum & totale virtutis & peccati, & consequenter, præmii & pœnæ non esset compositum & suppositum humanum, secundum animam & corpus, nec corpus secundum omnes corporeas facultates & partes ; sed tantum Mens seu anima hominis ; nisi forte excipiatur glandula pinealis ; quod facultas animalis & mens humana illi propius & magis immediatè videatur assistere & cum eâ conjungi aut in eâ habitare. Vide I. Corinth. 5. 5. & 7. 34. & 6. 19. 20. I. Thess. 5. 23. Rom. 6. 12. 13. V. Non tam commodè refutari possent Sociniani ; qui negant corpus esse partem essentialem hominis, aut cum animâ constituere substantiam & suppositum humanum ; consequenter idem numero corpus non esse resuscitandū. De quo Antagonistę Socinianorū, & nos in prælectionibus locorum communium. VI. Sequeretur angelum, aut dæmonem in corpore energumeni, (imprimis si assistat glandulæ pineali, aut illam præ aliis partibus corporis energemate suo insideat) non magis aut minus esse unum, quam animam existentem in corpore ; idem enim utrobique esset genus & modus unionis, scilicet per accidens ; nec hic magis quam illic esset unio substantialis, aut una substantia seu natura. VII. Idem sequeretur de animâ separatâ ; si quidem alteri homini, aut corpori alicui humano assisteret. VIII. Quia ex hypothesi Taurelli & Gorlei ( quibus omne compositum est ens per accidens, & solum simplex ens per se ) per consequentiam educi posset, etiam angelos & animas separatas esse entia per accidens, quippe realiter composita ex duobus entibus completis, subjecto scilicet & accidente. Breviter in totâ rerum naturâ nullas esse substantias, aut naturas, quę sint unum per se ; nisi forte excipiant

excipiant atomos, aut ideas, aut quintessentias, aut similia. 1x. Impingit etiam hæc opinio in plurima dogmata metaphysica, ut partim autores ejus concedunt, partim per consequentias illas imponi potest. Ex pluribus propter temporis angustiam ista nunc indicamus. 1. De ente, essentiâ & existentiâ, naturâ & supposito. 2. De uno, unione composito, toto, deque per se & per accidens. 3. De principiis & causis; nominatim de causâ univocâ & æquivocâ; de principio interno & externo; de formâ informantē & assistente. 4. De distinctione substantiali, & accidentali; de distinctione rei naturalis ab artificiali; de distinctione monstri (quod quâ tale est ens per accidens) à naturâ humanâ debitè secundum leges naturæ constitutâ. 5. Quod homo non sit substantia, nec directè pertineat ad prædicamentum substantiæ; sed tantum indirectè, & per accidens eo referatur, quippe ens per accidens & collectivum. 6. Quod unus homo non magis sit unum per se, quam exercitus, civitas &c. ubi homines multi collectivè. 7. Quod consequenter homo essentiali & perfectâ definitione non possit definiti. 8. Quod materia & forma compositi sint propriè materia; & forma ejus sit unio; hoc est accidens, seu purus modus, relatio scilicet. Vide Gorleum *Exercit.* 14.p. 266. 9. Quod unio humanæ animæ cum ejus corpore, sit quærenda in mero accidente aliquo ex illis quinque, & quidem in situ seu positurâ: ut quidam videntur concedere. 10. Quod, corpus non sit natura hominis, sed tantum ejus instrumentum, per quod anima in corpore existens operatur.

## VIII.

In Corollor. 2. Diurnam & annuam rotationem terræ, quam contra Keplerum, Galileum, aliosq; neotericos non nullos astronomos excussum vide apud Alexandrum Rossenm in libello contra Lansbergium & Carpentarium; imprimis apud Froymundum in Ant-Aristarcho, & ejusdem Apologiâ; diximus repugnare & veritati divinæ sacris literis revelatæ, & rationibus naturalibus. *Priorem* classẽ argumentorum constituemus nunc Josuæ 10. vers. 12. 13. 14. Ecclesiast. 1. vers. 4. 5. 6. 7. Psalm. 19. vers. 5. 6. 7. Defende-

mus ergo exceptiones ad hæc loca quæ apud Lansbergium, Keplerum, & Foscarinum ( qui omnium acutissimè & uberrimè hoc egit, ut videre est in ipsius epistolâ Lugd. Batavorum anno 1635. una cum Galileo de systemate mundi editâ) occurrunt, esse infimas, atheologas, periculosas, & nimis leviter in sacris ludentes ac luxuriantes, contra Rom. 12. vers. 2. Jesa. 66. vers. 2. Ut antehac ostendimus in Therite nostro Heautontum. *Posteriorem* classem argumentorum instructam vide apud Froymundum. Nos ex eâ, has decerpimus 1. Pondus non relapsurum ad perpendicularum in eandem terræ partem: quod Aristoteles objecit. 2. de cælo c 13. idem dicimus de pondere ex altissimâ turri, quod non ad ejus pedem, sed procul inde ad partem occidentalem casurum esset; quod obijciunt Tycho, Thomas Fienus, Froymundus. Sed fortius stringet de globo ex majori tormento bellico versus palum aut arborem à septentrione in meridiem, aut vice versa emissio. Si ergo sagitta recta sursum per axem horizontis emissâ, non rediret in idem terræ punctum, sed ferè quatuor miliaribus Germanicis ( secundum calculum Tychonis in epist. ad Rothmannum ) inde versus occidentem relapsura esset, si modo unicum horæ minutum iritione & reditione consumeret; quanto magis id fiet in globo ferreo. Exceptiones, quæ adferri solent de terræ vi magnetica, de aëris rotatione, absurdum hoc sanare non possunt, immo absurdiora ei, & absurdissima addunt. Et ut præstructim verbulo replicem. Quomodo ergo globus ab occidente versus orientem emissus majori velocitate non fertur, quam ab oriente versus occidentem? Immo quomodo potest globus ab oriente versus occidentem ex tormento exire & cursum suum conficere, ut non retineatur & retro rapiatur ab aëre? II. Ædificia, & terra, saltem superiores ejus partes, item maria, flumina, tam rapidâ circumgiratione ( quæ singulis horis absolvit 225 miliaria Germanica ) dissilirent. III. Mare faciens unum globum cum terrâ, & ab occidente versus orientem fluens, navigationem celeriorefficeret: sed contrarium experientiâ nautarum Lusitanorum affirmant Conimbricenses in Meteorologicis. Argumenta pro motu terræ ex scripturâ quidem &

Physicâ

Physicâ ridicula sunt: ex hypothefibus & observationibus Astro-  
nomicis incertâ conjecturâ sunt, aut entia rationis, aut imaginaria:  
ut ostensum fatis ab autoribus modo cit. Palmarium quod habet  
I. Lansb., quomodo concludat vide apud Froymundum in Apolo-  
giâ p. 106. & 117. *Ad alterum* palmarium, quod habet Galileus, de  
motu Martis & planetarum circa solem tanquam centrum, in ipsâ  
disputatione respondebimus.

## IX.

Epimetri loco sint hæc hypomnemata de inventione, constitutio-  
ne & augmento scientiarû, 1. Bene invêtis & bene constitutis nolle  
uti, frui: sed ea per se aut alia ipsorum loco velle de novo invenire  
est multiplicare entia absq; necessitate, & ingenio ac eruditioni in-  
juriam facere: cû ars sit longa, vita brevis, experientia fallax. 11. Stu-  
diosi in Academico cursu non tam observationibus & experientiis  
occupantur, quam inventorum perceptione & impressione: Et sic  
cum Aristotele Metaph. 1. cap. 1. studiosum doctum & non expertum  
preferrem indocto, & experto. Si tamen experientia *πείραξις*, doctri-  
næ *ἐπιστήμη* jungi possit (quod hic fit) utique felicissimam illam Acade-  
miam judicavero. 111. Fallax & inutilis est illa methodus invenien-  
di & constituendi scientias, ut quis 1. omnes universales experien-  
tias, omnia inventa, omnia dogmata tot sæculis ab universo sapient-  
um choro, per novas atq; iteratas experientias, per subtilissimas ar-  
gumentorum reciprocaiones examinata & probata, dediscat, obli-  
vifcatur, abjiciat, & quasi ejuret: spe scil: novæ & melioris Philo-  
sophiæ à se aut aliis inveniendæ. 2. Uni aut alteri experientiæ, circa  
unam rem aut circa unius rei unum effectum naturalem, perpetuo  
inhæreat, & tantillam particulam pro genuina Philosophiâ  
venditet: susque deque habitâ omni Philosophiâ & experientiâ  
communi, saltem longè frequentiori quam suâ, & quidem circa  
omnes aut plerasque res naturales. 3. Tam infelices sæpe conse-  
quentias angustæ experientiæ illi superstruat; & incerta, lubrica,  
non satis probata principia, axiomata, definitiones, & demonstra-  
tiones fabricare cogatur; aut vadimonium deserere.

*Quantum est quod nescimus.*



Duæ sequentes disputationes 23. & 24. Decembris de iisdem corollariis per diatriben ampliatis, quomodo habitæ sint, quidque responsum, nihil attinet hic minutim referre. Hoc tamen non prætereundum, quod præses disputationis publicæ præmonitione hoc curaverit, ut omnes Theologiæ & Philosophiæ studiosi, qui inter novæ Philosophiæ sectatores nomen suum professi non erant, locum concederent philosophiæ, aut Medicinæ studiosis adversæ & paradoxæ sententiæ propugnatoribus, ut tantò melius robur jactatæ novæ Philosophiæ publicè ab omnibus explorari posset.

Ita à solis Medici sectatoribus oppositum fuit, iisque & tempus & libertas, immo & licentia concessa in quævis etiam singularia & applicationes, quandoquidem ipsis ita visum erat, (quamvis Theologus maluisset abstineri, & aliquoties hoc moneret) excurrendi, nec non præter morem Academicum sine formâ syllogistica, ut plurimum disserendi: ne vel minima suspicio aut querela daretur, quasi Theologus tergiversari aut disputationem subterfugere videretur. Quomodo autem oppositiones exceptæ, & auditorio responsionibus satisfactum sit, testimonio & judicio Auditorum, & secuto novæ Philosophiæ fastidio, ac contemptu satis declaratum fuit.

Finitâ secundi diæ disputatione tres Professores Theologi acciti sunt à Nobiliss. & Ampliss. D. D. Coss. qui pollicebantur paradoxis Medici conatibus à se fibulam facillè imponendam, eumque intra limites coercendum, ne quid disputaret, aut inter disputandum allereret, quod Orthodoxam Theologiam & Metaphysicam attingeret, aut Academiam turbare posset, modo Theologi limites indicarent, eorumque indicium & circumscriptionem exhiberent.

Petebant itaque, si in posterum tale quid accideret, sibi quamprimum indicari, seque remedium allaturos promittebant. Theologi vero promissere se formulam aliquam concepturos, secundum quam putarent tutò Medicum in Academia hac philosophari posse, & pericula atque incommoda, quæ jam hinc orta, aut in posterum metuenda erant, evitari.

Quod institutum eorum cum D. D. Coss. laudassent, iterum  
iterum;



iterumque petierunt, ut conditiones tunc philosophandi consignatas datâ occasione exhiberent.

Festis hybernis exactis ad Kal. Februar. & professoribus ad ordinarias lectiones ac disputationes reversis, cum omnia jam rectè ordinata & pacata essent in Academiâ, prodit 16 Februarii libellus Medici, excusus à typographo Pontificio, sumptibus Bibliopola Remonstrantici; quo ille Theologi corollaria cum appendice conabatur refutarè; atque una in receptâ Philosophiæ sectatores & collegas suos invehebat. Exemplaria libelli clàm excusi, in clyto urbis Senatu minimè conscio, pleaque jam aliò missa, & distracta erant, antequam ab ipso autore Nobiliss. & Ampliss. D. D. Coss. offerrentur. Hic verò quomodo excepta sint, Medicus optimè novit; & vel inde constat, quod quacunque exemplaria adhuc haberi poterant, à Typographo & Bibliopola auferri, ne ultra spargerentur, curaverint.

Die 18. & 19. Februarii de consilio D. D. assessorum indicti & habiti fuerunt conventus omnium Professorum, occasione libelli à medico editi, ac deliberatum fuit, de modo hinc molitionibus & contentionibus pro Novâ Philosophiâ imponendo.

Decretum autem fuit, ut per D. Maesium Theologum, D. Mathæum Juriscons., D. Liraum humaniorum Literarum Professore, primum Nobiliss. & Ampliss. D. D. Coss., deinde & in clyto urbis Senatui tum coram viva voce, tum scripto ab omnibus Professoribus subscritto votum & sententia Professorum super hoc negotio exponeretur. Quod ab illis fideliter est factum.

Ab illis autem conventibus Theologus tunc Academiæ Rector abesse voluit, ut omnis species calumniæ evitaretur: causatus nomen suum libello Medici præscribi, atque adeò vidèri causam hanc ipsum peculiariter attingere.

Quod cum à Professoribus illi nequaquam concederetur, quippe cujus partes essent conventus indicere, inque iis præsidere, sententias singulorum rogare & concludere: petiit ut saltem à suffragio dicendo supersedere sibi liceret. Sed ne hoc quidem concessio; quod communis diceretur esse causa Academiæ, non Theologi

Propria: præmonuit itaque Theologus respicerent tantum in consiliis & deliberationibus in communem & publicam causam: sibi curæ fore suam, siquid fortè scripto, aut quocunque alio legitimo modo pro ea quippiam aliquando agendum esset; non petere se nec velle causam Academiæ privatis suis negotiis implicari: solummodo optarent absque libellis in collegas scribendis de eâ transcriptum fuisset, aut etiamnum transigi posset.

In quem finem offerebat se ad collationem ac disputationem cum Medico de novâ hâc Philosophiâ coram D. D. Professoribus, & D. D. Coss. ac Senatoribus, quotquot litetis tincti essent.

Deinde 21. Februarii in frequenti urbis Senatu mandata sua exposuerunt D. D. Professores ad hoc delegati: quibus auditis conclusum in negotio Medici & Novæ Philosophiæ; & executio mandata Nobiliss. & Ampliss. D. D. Coss. & aliquibus Senatoribus.

Scriptum nomine Professorum tunc traditum & in Senatu lectum tale erat.

**E**D: *Achtbare Heeren in dese uwe Ed: A. A. Academie is over eenighen tijt herwaerts van een van onse Collegen geleert ende gedefendeert geworden sekere soorte van Philosophie, ten meesten deele omstootende de fundamenten van de Philosophie, welcke in alle Academien der gantscher werelt ontfanghen ende gheprobeert is, ende oock by omveteude soude moghen misbruyckt werden tot nadeel vande Theologie ende andere Faculteyten. Daerom soo heeft een ander onser Collegen achter zijne Theses de Iubileo eenige Corollaria gevoucht, teghens sekere poincten der voorsz. Philosophie tot waershouwinghe der Studenten, insonderheyt inde H. Theologie studerende, sonder nochtans te noemen den genen welcke de poincten voorsz gheleert heeft, ende die in syne Thesibus gestelt hadde; maer met uytaruckinge van anderen*

anderen, welke in haere Boecken die poincten gedreven hebben. Hier op is gevolcht dat onse Collega voorstaender van die vrcem- de Philosophie een Boecken heeft laeten drucken, in welke hy die corollaria met uytdruckinge van den naeme des Auteurs weder- spreect. Ende dat in sulcker voegen dat hy die ghene, welke de Philosophie van alle Academien aengenomen voorstaen, ofte de syne niet toe-en-staen, niet nae behooren en handelt.

Ed: A: A: Heeren wanneer wy tot kennisse ghecomen zijn van het Boeck voorsz, soo hebben wy ons daer over seer onstelt, als nae alle apparentie sullende strecken tot groot nadeel van onse Academie, welke swack ende teer, ende in haren eersten op-ganck is. Want door sulcken maniere van doen is te verwachten dat de liefde ende cendracht onder de Professores verbrocken sal worden. 2. Soo dat verdeeltbeden onder de Studenten (gelijckmen dan daer van al-reede de beginselen siet) niet sonder verachtinge vande Professores sullen rijzen; sommige desen, sommige genen na- volgende. 3. Dat alsoo daer maer een waerheyt en is, vele die missen sullen, sommige door een schijn van nieuwicheydt wechge- ruckt sijnde, ende daer in blijvende steken. Andere op quade son- damenten erger bouwende. Soo dat weynige tot perfectie van hare studien comen sullen. 4. Dat onse Academie by de nabuy- rige Academien ende Scholen, ende voorts by alle onse Provincien in verachtinge sal comen; soo dat den toc-loop van studenten nae apparentie sal comen te verminderen.

Hierom zijn de ghesamentlycke Professores deser Academie (uytgenomen onsen Collega die t Boeck voorsz geschreven heeft) geraeden geworden, haeren commer u Ed: A: A: te kennen te geven,

geven, ende uw Ed: A. A. te versoeken dit quat te willen stryden, ende het ongeval dat de Academie dreycht af te keeren.

Wy hebben met malcanderen dit alles sericuslijcken overleggende, raetsaem gheacht om onse sucht tot de Academie, dien volgens tot het Landt ende Kercke te bewijfen, oock de middelen die ons dienstich dencken tot af-weeringhe van 't gedreychde quat uw Ed: A. A. voort te stellen.

Ons dunckt (onder verbeteringhe) dat uw Ed: A. A. gansch wel souden doen de hant te leggen op de exemplaren, die in de Stadt noch zyn; want of wel schoon vele daer van gesocht werden versonden te wesen, ende vele vercocht sijn, soo sulden nochtans uw Ed: A. A. sulcx doende betoonen sulck een Boecken schrijven niet toe te staen, ende alle scheuringen vyant te zyn.

Ten anderen soo dunckt ons te behooren dat, uw Ed: A. A. ghelieven te ordonneren, dat de Professores van uw Ed: A. A. Academie niet en leeren ofte drijven dingen, welcke stryden tegen de fundamenten vande Faculteyten ende wetenschappen, welke in alle Ghereformeerde Academien gheleert werden, ende met name der Philosophie, welke in alle Academien aengenomen is.

Ten derden, dat uw Ed. A. A. gelieve den Professoren te ordineren vwanneer dat sy souden mogen kommen, yet te leeren ofte te disputeren, 't welck verdacht soude sijn te stryden tegen de fundamenten vande Faculteyten ende de Philosophie (vwant in dingen van minder ghevichte dient eenige vryheydt gelaten te werden) dat sy vermaent sijnde, gehouden sullen wesen reukenschap te geven aenden Senatum Academicum ende aen de Faculteyt, welcke sulcx meest raectt, ende haer den oordeele der selven te onder verpen. Want uyt een sprinckel vwanneer die niet tijdelick gebluffchet werde ontstaet lichtelick een groot vyer.

Ten vierden, dat de *viele onsen Collega*, voorstander vande vreemde Philosophie, tot *sijn desseyn niet vveynich misbruycken kan*, ende veel tijts misbruyckt seeckere Philosophische Lessen ende problemata, hem sijnde om seeckere redenen by uw Ed: A. A. vergunt, dat daer in sulckx mochte gedisponeert worden, datmen de ghebeele saecke te beter buyten perijckel konde stellen. Ende alsoo het *uyt-gegevene Boeck* vvel sal dienen beantwoort te werden, soo bidden wy uwe Ed. A. A. te willen letten op wat forme ende wijze het selve sal mogen gedaen werden.

Ed: A. A. Heeren dit weynige hebben wy goet gevonden uw Ed. A. A. te vertonen, ootmoedich versoeckende onsen arbeyt in 't goede op te nemen, ende ten besten te duyden; want wy betuygen dat sulcx her-comt, niet *uyt eenige nijt ofte wangunste*, maer *uyt sucht tot den wel-stande van*, uw Ed: A. A. Academie, ende quijtinge van ons ghemoedt.

Ende was onderteykent,

Gisbertus Voetius.

Meinardus Schotanus.

Carolus de Maets.

Antonius Matthæus.

Cyprianus Regneri.

G. Stratenus.

Ant. Æmilius.

I. Liræus.

Arn. Senguerdus.

Daniel Berckringer.

Quod latinè ita sonat.

*Nobilissimi Amplissimi Domini,*

**N**ON ita pridem factum est, ut ab uno ex nostris collegis in Academiâ vestrâ traditum fuerit ac defensum, novum quoddam philosophiæ genus, maximâ ex parte evertens istius philosophiæ fundamenta, quæ in omnibus Academiis orbis universi recepta, & comprobata est: quæ talis etiam est, ut imperitiores illâ abuti possent, in Theologiâ, aliarumque facultatum præjudicium. Quapropter quidam è Collegis nostris, thesibus de Iubilæo subjecit quædam corollaria, adversus nonnulla prædictæ philosophiæ capita, ad cautelam studiosorum, præsertim S. S. Theologiæ studio dicatorum, suppresso tamen ejus nomine, qui prædicta capita docuerat, eaque suis thesibus inseruerat; sed expressè aliis nominatis autoribus, qui suis scriptis eadem capita antè propugnârunt. Hinc verò factum est, ut noster collega novæ Philosophiæ patronus, libellum curaverit imprimendum, in quo corollaria ista, expresso autoris nomine refutat. Et quidem talem in modum,

modum, ut quicumque Philosophiam ab omnibus academiis receptam propugnant, aut suam non approbant, indecenter excipiat.

Nobiliss. Ampliss. D. D. postquam prædictus iste libellus ad nostram pervenit notitiam, mirum in modum fuimus turbati, quippe qui dubio procul tendet in nostræ Academiæ damnum, quæ tenera est, atque in primis etiamnum versatur incunabulis. Hâc enim ratione metuendum est, ne charitas ac concordia, inter Professores dissolvatur, deinde ne dissidia inter studiosos (quorum primodia jam sentiantur) non sine Professorum contemptu exoriantur, dum alter huic, aliter isti favet. Porro quandoquidem unica tantum est veritas, periculum erit, ne plurimi ab hâc deviant; aliis specie novitatis abreptis, atque intricatis; aliis falsis jactis fundamentis pejora superimponentibus; adeò ut pauci ad frugem studiorum sint perventuri: denique ne nostra Academia vicinis Academiis ac scholis, & provinciis sit despiciatui, adeò ut confluxus studiosorum videatur diminuendus.

Eâ de causâ universi hujus Academiæ Professores

fessores (excepto illo qui libellum supra dictum conscripsit) consultum putarunt ut vestr. Am. ac Nob. suam sollicitudinem proponerent, vobis supplicantes, ut velitis huic malo obviam ire; atque infortunium, quod Academiae imminere videtur, averuncare.

Visum autem fuit nobis, de hisce seriò inter nos deliberantibus, quò affectum nostrum in Academiam, ac simul in Rempubl. & ecclesiam testaremur, etiam vestr. Ampl. média avertendo imminente malo, proponere.

Censemus itaque (salvo meliori iudicio) consultum fore si jussu vestr. Ampl. inhibeantur, ac supprimantur libelli istius exemplaria, quæ hæc in civitate etiamnum extant: etsi enim plurima dicantur aliò missa, plurima distracta; tamen eo facto vestr. Amplit. testatum ibit, sibi talem scribendi modum improbari, ac omnem discordiarum fomitem odio habere.

Deinde, existimamus, è re fore, si vestr. Ampl. caveat, ne Professores in vestrâ Academia docant, vel tradeant ea, quæ adversantur fundamentis facultatum, ac scientiarum, quæ in omnibus reformatis Academiis tradi solent;

præ-



præsertim philosophiæ, in omnibus Academiis receptæ.

Porro placeat Amplitud. vest. præscribere Professoribus, si fiat, ut aliquando quippiam doceant, aut ad disputandum proponant, quod præsumatur repugnare fundamentis facultatû, ac Philosophiæ (in rebus enim levioris momenti aliqua libertas est concedenda) ut illi moniti, rationem reddere teneantur Senatui Academico, & Facultati, quam illud speciali ratione tangit, eorumque censuræ ac iudicio se subicere. Compertum enim sæpissimè, ex scintillâ ingens exortum esse incendium, nisi tempestivè restinguatur.

Denique, quoniam collega noster, propugnator novæ Philosophiæ, non parum abuti potest, atq; etiamnum, ad ea, quæ intendit, efficienda, abutitur lectionibus illis philosophicis, quæ certis de causis à vestr. Ampl. ei sunt concessæ, ut de illis tale quid à vobis decernatur, ut tota res eò melius extra omne periculi discrimen constituatur. Et quandoquidem edito isti libello responsum videtur opponendum, rogamus vestr. Ampl. ut consideret, quâ ratione, modo hoc potissimum fieri possit.

Nobil. Ampl. Dom. hæc paucula nobis visum fuit vestr. Ampl. exhibere, suppliciter rogantes, ut boni hunc nostrum laborem consulatis, ac benignè interpretemini. Testamur enim hæc non proficisci ex invidiâ, aut malevolentia, verùm ex solo affectu erga incolumitatem Academiae, atque ex officii nostri conscientia.

Nobiliss. & Ampliss. D.D. Coss. cum delegatis Senatoribus exposuerunt primùm D.D. Professoribus ab Academia delegatis, quid à Senatu urbis statutum esset in negotio Medici, & Novæ Philosophiæ. Insuper petierunt consilium Professorum de ratione & modo Medicinam dogmaticam in Academia docendi; deque terminis, intra quos putarent Medici lectiones ac disputationes coercendas. De quibus omnibus prædicti D.D. Professores delegati ad Senatum Academicum retulerunt. Cujus sententiam cum ex iisdem D.D. delegatis Professoribus, D.D. Coss. & delegati Senatores intellexissent, accitum ad se Medicum super edito libello aliisque ipsius molitionibus, ad novam Philosophiam pertinentibus graviter monuerunt: atque unâ jusserunt in posterum à publicis lectionibus problematicis & disputationibus philosophicis abstinere; atque intra Medicinæ & Botanicæ professionem se continere.

Exemplum decreti ab inclyto Senatu facti, jussu ejusdem Professoribus ab Ampliss. D. Secretario postea traditum, sic se habebat.

## C O P I E

Extract uyt de Resolutien van de  
Vroetschap der Stadt

## V T R E C H T,

*Dijnsdaechsden 15. Martij 1642.*

**I**N deliberatie gheleyt sijnde 't versoek vande Heeren Professoren vande Academie al-hier, in de Notulen vanden 21. ende 22. Februarij leest-leden vermeld, Is by de Vroetschap gherekveert ende goedt ghevonden, datmen D. Professori Regio sal aenseggen, dat om Facultatem Medicam te meer voor te setten, ende te exorneren, sijn E: voort aen gheen andere publijcke lessen doen, noch oock Collegia privata houden sal, dan alleen in Medicinâ; Authoriserende de Vroetschap voorts de vordere samentlicke Professoren, om over 't Boecxken by den voorz. D. Regio onlanckx uytgegeven, soodaenen oordeel te geven op 't soetste, als haer E: tot minste lesse van sijn E: Naeme, ende tot meesten dienst ende reputatie van de Academie in conscientie bevinden sullen te behooren.

Accordeert in kennisse van my

*I. van Nypoort.*

Exemplum descriptum ex libro Senatusconsultorum, seu Resolutionum civitatis Ultrajectinæ.

**C**um deliberasset Senatus de petitione D. D. Professorum hujus Academiæ, cujus in notulis 21. & 22. Febr. mentio facta est, censuit D. Professori Regio denuntiandum esse, promovendæ & exornandæ Medicinæ gratiâ, ut ne in posterum ullas lectiones publicas habeat, aut collegia privata instituat, nisi in solâ Medicinâ. Potestatem porrò Senatus reliquis Professoribus facit, ut congregati de libello D. Regii ejusmodi judicium ferant, uti cum minimo nominis ejus dispendio, & maximo Academiæ bono ferri debere, ex animi sui sententiâ perspexerint.

Concordat teste me

*I. van Nypoort.*

24. Februarii decretum D. D. Professorum in pleno Urbis Senatu lectum ac probatum; & postea consensu ac sumptibus ejusdem, è Belgico in Latinum translatum, divulgatum fuit; impressionem nomine Academiæ procurante D. Antonio Matthæo Juris Professore primario, tunc Rectore Magnifico.

JUDI:

# SENATUS ACADEMICI

Inclutæ Academiæ Ultrajectinæ,

D E

Libello non ita pridem Ultrajecti edito, titulo Responsionis, sive Notarum in Appendicem ad Corollaria theologico-philosophica, in eadem Academiâ disputata, die XVIIII. Decembr. AN. CL. IO. C. XLI.

Professores Academiæ Ultrajectinæ, cùm non sine gravi dolore vidissent libellum in lucem editum, mense Febr. 1642. hoc præscripto titulo, *Responsio seu Note ad corollaria theologico-philosophica, &c.*: eumque ad singulare ejusdem Academiæ detrimentum & ignominiam, excitandasque in aliorum animis sinistras suspiciones spectare animadverterent; visum illis fuit, omnes & singulos certiores facere:

Primò, displicere sibi eum agendi modum, quo collega alius in alium libros aut libellos publicè edat, præsertim expressò nomine; idque ob theses, aut corollaria, de rebus in Academiâ controversis, nullius nomine edito, disputata,

Deinde, se improbare eam propugnandi pro novâ & præsumptâ philosophiâ rationem, quæ in prædicto libello frequentatur; utpote cum verborum insolentiâ conjunctam, in eorum opprobrium, qui hic & alibi contrariam & vulgarem, omnibusque in Academiis receptam philosophiam, ut veriore profitentur. Voluti, cum auctor prædicti libelli dicit, Pag. 6. *Iam diu enim perno-  
di, magnos meorum auditorum progressus, quos brevissimo temporis spa-  
tio*

io apud me faciunt, quosdam malè habere. Pag. 7. Termini, quibus alii ad nodos solvèndos uti solent, nunquam ingenius paulo perspicacioribus plènè sati faciunt, sed solis tenebris & nebulis animos eorum replent. Ibidem. Verus sensus multo melius & promptius ex me percipitur, quàm vulgò ex aliis: probat ipsa experientia, quam multi meorum discipulorum, in publicis disputationibus cum honore jam sepius exhibuerunt, postquam tantum paucos aliquot menses mea institutione fuissent usi. Nullus autem dubito, quin quilibet mortalium, cui tantum est sanum incipit, hic nihil quicquam culpandum, sed omnia laudanda censeat. Pag. 9. Misera illa entia (scilicet formas substantiales, & qualitates reales) nullius planè usus esse perspeximus, nisi fortè ad excœcanda studiosorum ingenia, & ipsis in locum doctæ illius ignorantie, quam tantopere commendas, fastosam quandam aliam ignorantiam obrudendam. Pag. 15. Contra verò ex opinione formas substantiales statuente, facillimus est prolapsus in sententiam eorum, qui animam dicunt corpoream & mortalem. Pag. 20. Queri posset, an non illa philosophandi ratio potius Chorebo aliquo digna sit censenda, quæ ad unum principium activum nempe formam substantialem omnia revocare solet. Pag. 25. Atque hinc patet, non illos qui formas substantiales negant, sed potius eos, qui illas astruunt, eò tandem per solidas consequentias adigi posse, ut fiant aut athei, aut bestie. Pag. 39. Propterea quod causæ ab aliis hætenus etiam in minimis propositæ sint ut plurimum quàm maximè jejuna, & à vero alienæ, nec animo veritatis cupido sati faciant.

Tertiò, se rejicere novam istam Philosophiàm; primò, quia veteri Philosophiæ, quam Academiæ toto orbe terrarum hætenus optimo consilio docuere, adversatur, ejusque fundamenta subvertit: deinde, quia juventutem à veteri & sana philosophia avertit, impeditque quò minus ad culmen eruditionis provehatur; eò quod litiùs præsumtæ philosophiæ adminiculo, technologemata in auctorum libris, professorumque lectionibus & disputationibus usitata, percipere nequit: postremò quod ex eadem varix falsæ & absurdæ opiniones partim consequantur, partim ab improvida juventute deduci possint, pugnantes cum cæteris disciplinis & facultatibus, atque inprimis cum orthodoxa Theologia.

Censere igitur ac statuere, omnes philosophiam in hac Academia docentes, in posterum à tali instituto atque incepto abstinere debere, contentos modica libertate dissentiendi in singularibus nonnullis opinionibus, ad aliarum celebrium Academiaarum exemplum hic usitata: ita, ut veteris & receptæ philosophiæ fundamenta non labefactent, & in eo etiam atque etiam laborent. ut Academiae tranquillitas in omnibus facta tecta conservetur. Ultrajecti. die XVII. Martii, 1710. Id. c. XLII.

Atque hinc finis fuit novæ & intrusæ Philosophiæ. Ad cumulum accessit, quod Inclytus Senatus indecorum ducens corollaria aut Theses professorum editis libellis sive per Collegas, sive per alios quoscunque otiose oppugnari; unâ atque alterâ insuper accedente occasione, abundantioris cautelæ causâ hoc decretum condiderit, ejusque exemplum aliquanto tempore post D. D. Professoribus communicaverit.

**D**E Vroetschap der Stadt Vtrecht, interdiceert en de verbiet by deses allen Boeck-druckers, vronende binnen deser Stadt ende de vrijheyd van dien, te drucken Boecxkens ofte Geschriften tegens Theses of Corollaria by de Heeren Professoren ofte Studenten op d' Academie alhier omme te disputeren, voorghestelt, ghelijck oock verboden voort alle Boeck-verkoopers al-hier, eenighe soodanighe Boecxkens ofte Geschriften hier of elders ghedruckt, te weylen of verkoopen, alles op de verbeurte van hondert guldens ende de exemplaren, boven arbitrale correctie. Blijvende voorgaende Placaten teghens het in-brengghen,  
 H 2                      drucken

*drukken, verkopen of stroyen van allerhande ergelijcke ende seditieuse boecxkens &c: in vigueur: vvaer naer een yder hem voorts sal hebben te reguleren, op pæne als in de selve, Actum 12. Augusti 1642.*

Ende was onderteyckent

*I. van Nypoort.*

SENATUS civitatis Ultrajectinæ præcedenti decreto, interdicat omnibus typographis, in urbe, aut territorio civitatis suæ habitantibus, ne ullos libellos, neque scripta contra theses, aut corollaria à D.D. Professoribus, vel Studiofis hujus Academiæ ad disputandum proposita, excudant. Interdicat etiam bibliopolis, ullos hujus farinae libellos, aut scripta, seu hîc seu alibi excusa, extrudere aut vendere. Et hæc omnia sub poenâ commissi, & mulctâ centum carolinorum, præter coërcitionem extraordinariam: nulloque facto præjudicio Edictis anterioribus, quibus importatio, impressio, venditio, divulgatio omnis generis famosorum, aut seditio-

sorum



forum libellorum prohibentur. Quibus edictis, pœ-  
nisque in iis comprehensis omnes obnoxii tenentor.

*Actum 12. Aug. 1642.*

### Subsignatum

*I. van Nypoort.*

Hæc omnia ita partim acta, partim ex  
archivis Academicis extracta esse,  
testor jussu & nomine Rectoris &  
Professorum, Vrbi & Academiæ  
Ultrajectinæ à Secretis,

*Ioan. Nypoortius.*

## E R R A T A.

**P**ag. 5. lin. 6. aloirum. l. aliorum. p. 8. l. 1. Rectorum. l. Recto-  
 rem. *ibid.* insignitè. l. insigniter. p. 9. l. 28. ignavis. l. ignaris.  
 p. 10. l. 23. *dele* ex p. 11. l. 1. Vitorum. l. Vitorum. p. 18. l. 23. phy-  
 siologus Logicis. l. physiologicis. p. 19. l. 4. *dele*; *ibid.* l. 16. adi-  
 gete. l. adigere. p. 22. l. 1. populifio. l. populsio. *ibid.* l. 19. l. Ens  
 pgr accidens. p. 24. lin. 15. l. multiplicarentur. *ibid.* lin. 16. l. Secta-  
 toribus. p. 28. l. 15. cotpore l. corpore p. 30. l. ult. talibas l. talibus  
 p. 31. l. 25. vires. l. vices. p. 32. l. 10. terre. l. terræ p. 44. l. 1. hæc l. hac  
*ibid.* l. 24. l. paracelsitarum. *ibid.* l. 30. l. dispositione. p. 51. l. 16.  
 l. πάρεργον p. 53. l. 18. fui. l. fuit. p. 54. l. 2. *dele* in. p. 55. l. 3. boecken  
 l. boeckken. p. 56. quat. l. quaet. p. 59. l. 14. alet. l. alter. p. 60. l. 22.  
 docant. l. doceant. *ibid.* tradeant. l. tradant p. 62. l. 5. l. proficisci  
 p. 64. l. 2. l. resolutionem.

F I N I S.